

Universitätsbibliothek Wuppertal

**Danielis Chamieri Delphinatis Panstratiæ Catholicæ, sive
Controversiarvm De Religione Adversvs Pontificios
Corpvs.**

Tomis quatuor distributum. : cum indicibvs necessariis.

De Homine Corvpto et Instavrato

Chamier, Daniel

[Frankfurt], 1627

Liber nonus, De causa subalterna reparationis Christo

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

urn:nbn:de:hbz:468-1-885

LIBER NONVS,
De
CAVSA SVBALTERNA
REPARATIONIS.
CHRISTO.

Caput Primum.

DE CHRISTI MERITIS EX COMPACTO.



Hactenus de prima salutis causa. Nunc de Mediis ad eandem; quæ varia sunt, sed in controuersiam venit tantum mors Christi, de qua disputant, an calumniant potius Mart. Beccanu opus c. i. Feuardentius Theomachia lib. 4. & 5. Io. an. Paul. Windekius Controversia de Mortis Christi efficacia. Vasques in Thomæ 1. disput. 5. & 7.

II. Catholici art. 17. Confessionis Ecclesiastim Gallicarum, sic docent, *Credimus eo unico sacrificio, quod Iesus Christus in cruce obtulit, nos esse Deo reconciliatos, ut pro iustis reputemur coram ipso: quoniam non possumus ipsi effegriti, neque adoptionis nostræ fructu potiri, nisi quatenus peccata nobis ignoravit. Itaque testamur Iesum Christum esse integrum, & perfectam nostram ablutionem: in cuius morte plenam iustificationem nanciscimus, qua liberemur ab omnibus peccatis, quorum rei sumus, & a quibus ab aliis modo non possimur.*

III. Nihil potuit dici plenius. Non potuit, inquam, in tanta breuitate significantius describi, quantum beneficium à morte Christi, imo à Christo, id est, iis omnibus rebus, quas pro nobis gessit, obtainemus. Sed mürmurent tamen contra aduersarii. Quasi, aut poscent, aut solerent plus Christo tribuere. Primum ergo de mortis Christi merito, tum de eius efficacia:

IV. Feuardentius cap. 18. quarti Theomachia, querunt nos negare, Christum iudicio Dei simpliciter oppositum quicquam metuisse, aut etiam dignum fuisse qui mereretur. Simul autem contestatur, & ore credere, & corde confiteri, Totam salutem nostram summam ac singulas etiam partes, Christi dignitate, sanguine, & copiosissimi meritis comprehendendi.

V. Ego calumniam esse dico. Et simul distinguo. Meritum enim solidum usurpari dupliciti notione, ut sit vnum absolute Meritum, aliud Meritum ex pacto. Meritum absolute, opus est alicuius bono factum, ita, ut cum, cuius bono factum est, pleno iure obliget, obnoxiumque beneficiandi efficiat, eo ipso quod sit. Sic in rebus humanis, Generatio; Educatione, meritum est parentum in liberos, ita ut velint nolint liberi, eo ipso quod geniti sunt, & educati, nihil non debeant parentibus. Sic Romæ seruatus ciuis, servatorem parentis habebat loco. Sic creatio opus fuit Dei in bonum creaturam: unde factum, ut eam ipsum ob causam qualibet creatura, sed rationalis maxime, Angelus Homo, Deo sit omnibus modis obnoxia.

VI. Meritum vero ex pacto, opus est, cui per se, cum nulla sit vis obligandi, tamen ex voluntate communi, siue compacto, sit obligatorium, ita ut debatur merces talis, tantoque. Sic Rex currenti proponit præmium. Hic nemo nescit ita natura comparatum esse, ut nemini quantumvis velocissime currenti ius sit repetendi præmii, aut à Rege, aut ab ullo alio. Et tamens supposito edicto, facentur omnes deberi, deberi autem non fortuitum quodvis, sed idipsum, quod fuerit à Rege constitutum. Sic Matth. 20. Paterfamilias pacificatur cum operariis denario in diem. Est vero hæc distinctio etiam Scholasticis cognita, quamquam aliis verbis. Vide Altenstaig in dictione *Meritum*.

VII. Hæc posita distinctione, nunc pronunciamus, si de Merito loquamur ex compacto, Christum vere, pleneque nobis meruisse à Deo salutem æternam, & quicquid ad eam pertinet. Si autem de Merito absoluto, tunc sane negamus Christum potuisse quicquam mereri: nec vero credimus ullam omnino creaturam: Est autem creatura Christus secundum humanam naturam, etiam Deitatem unitam posse sibi summo iure Deum quoquis pacto reddere obnoxium: multo minus certe, quam Regem quemque sua velocitate cursor quisquam.

VIII. Quid ergo? Nempe Feuardentius, ne sit calumniator, alterum necesse est docere, vel nos posteriori notione Christo merita abrogare: vel certe qui priori abrogent, eos esse hereticos. Nos enim prius illud ut criteremus esse fatemur: sic à nobis alienum esse scimus. Hoc vero ut concedimus nos docere, sic negamus esse hereticum, utrumque ordine videamus.

IX. Citat Feuardentius ex Caluini Institutione, lib. 2. c. 17. segm. 1. Equidem fateor, si quis simpliciter, & per se Christum opponere vellet iudicio Dei, non fore merito locum: quia non reperiatur in homine dignitas, quæ possit Deum promovere. Et ex iis verbis ansam sumit calumniandi.

X. Respondeo, Caluinum nihil docuisse contra Christi meritum ex compacto. Et probo. Primo, quia, quam confessionem ipse Feuardentius oponit his Caluini verbis, quam ille, inquam, profiteretur se & corde credere, & ore confiteri, quasi ob hoc ipsum dignum se ostentans, qui inseratur albo sanctorum ex primo Christianitatis seculo martyrum, & quidem ex merito absoluto, hanc inuenio totidem pene verbis, à Calnino expressam, atque inde descriptam à Monacho, ex postf. segm. c. p. 2. *Quando totam salutem nostræ summam, ac singulas etiam partes videmus in Christo comprehensas, canendum ne vel minimam particulam alio deriuemus. Si salus queritur, ipsa nomine Iesus docemur penes eum esse. Si Spiritus alia qualibet dona, in eius conceptione: Si indulgentia, in eius nativitate se profert; quia factus est nobis per-*

Tom. III.

omnia similia, ut condolescere disceret: Si redemptio, in eius passione: Si auctoratio, in eius damnatione. Si maledictionis remissio, in eius cruce. Si satisfactio in eius sacrificio. Si purgatio, in eius sanguine. Si reconciliatio, in descensu ad inferos. Si mortificatio carnis, in eius sepulchro. Si vita nouitas, in eius resurrectione. Si immortalitas, in eadem. Si hereditas regni caelestis, in eali ingressu. Si praesidium. Si securitas. Si bonorum omnium copia, & facultas, in eius regno. Si secura iudicij expectatio, in potestate indicandi illi tradita, denique in ipso thesani omne genus bonorum cum sint, inde ad satietatem hauriamus, non aliunde.

XI. Hæc Caluini sunt, quæ ille omnia pauculis mutatis, vel insertis verbis sua Monachus fecit. Vide ingenium Caluinum ille culpat, quasi docentem perperam: & tamen ei opositam confessionem fidei, id est, veræ doctrinæ, non potuit aliis verbis concipere, non aliis efferre, suum, inquam ille sensum non docuit nobis propondere, quam quibus suum Caluinus. Quid ergo? Nempe aut Catholicus est Caluinus, aut si hereticus, cum eo una hereticus Feuardentius.

XII. Secundo ei ipsi capiti, à cuius pauculis verbis calumnia ansum Mönachus arripuit, thesüs hæc præfigitur disputanda, *Recte & proprio dicit Christum nobis promeritum esse gratiam Dei & salutem. Et adstruitur tota capite congregatis Scripturarum testimonis, contra nescio quos, sui temporis deliciatulos (perperam argutos appellat Caluinus) qui nomen meriti aequi in Christo, atque in nobis audire non sustinebant. Et hunc ita disputantem, quis credit adeo omne meritum Christo denegasse, ut illud quidem admittet, quod est ex compacto.*

XIII. Nec vero contra stant, verba illa paucula à Monacho selecta. Non enim ea dicunt, Christum iudicio Dei opositum nihil meruisse. Sed dicunt simpliciter, & per se opositum, hoc est, præmerita notio. Teste Valquè disp. 5. in 3. Thom. Illud simpliciter apud Caluinum, idem denotat, quod per se, & sine Dei acceptatione, Et certe de compacto, hæc paulo post diserta sunt, *Christus non nisi ex Dei beneplacito quicquam mereri potuit, sed quia ad hoc destinatus erat, ut iram Dei sacrificio placaret, suaque obedientia deleret transgressiones nostras. Nam quid illud est, Ex Dei beneplacito, nisi id ipsum, quod diximus compactum, nimis merito Dei sic constituentis voluntate, quomodo regis præmium assignantis edictum?*

XIV. Sensus est. Primo homini per peccatum omnem ablatam spem salutis in æternum, nisi aliter Deus statueret, nimis ut quantumvis indignos, salutis tamen faceret participes. Secundo, in Dei arbitrio positum fuisse non tantum, utrum aliquos homines saluaret: sed etiam quomodo saluarer. Hoc igitur arbitrio, hinc potius modum esse electum, qui sicut per mortem Christi, atque inde factum, ut mors Christi fuerit salutifica, id est, mereri potuerit vitam æternam. Hoc Caluinus sensit, & bene sensit.

C A P. II.

Status questionis de Merito Christi absolutis, & argumenta Papistarum è Scripturis.

I. Sequitur altera questio, Vtrum meritus sit Christus salutem nobis; agnoscat illo prioris notio, & absoluто. Afferuitne Feuardentius? Videatur; adeo diligenter inculcat, & odiose virget illud Caluinum, Christum iudicio Dei simpliciter opositum, nihil meruisse. Quanquam alioquin nūquam conceptis verbis suum sensum explicuerit. Sed Vasques ex professo, disput. 5. in 3. Thom. *Vera sententia in duabus posita est: alterum est satisfactionem, & merita Christi ex se & ex circumstantiis propriis, solum considerata est, absque illa Dei acceptatione, & fauore fuisse perfecte digna, quibus pro nobis Deo satisfaceret, alterum est non solum sine acceptatione fuisse digna, sed etiam sine promissione & pacto veram & perfectam rationem meriti habuisse. Eutachius à S. Paulo fumma p. 2. q. 2. Tanti valoris fuit Christi meritum ac satisfactio, ut ex rigore iustitia seclusa etiam promissione diuina liberat Christofacta, debuerit acceptari à Deo tanquam equalis offensæ, imo etiam abundans, seu plus quam sufficiens.*

II. At non omnes tamen coaccedunt Papistæ. Nam idem Vasques c. i. agnoscit ex Scholasticis Theologis non paucos, neque ignobiles, assertus; nullius creaturæ, neque adeo Christi apud Deum esse meritum, & satisfactionem simpliciter condignam, sed ex acceptatione ipsius Dei, qui sponte sua ea satisfactione, & merito voluit esse contentus. Tunc nominat Durandum, Scotum, Gabrielem, Almainum, Ioannem Mediram. Addo ego Gregorium de Valencia Iesuitam, c. 4. & 5. de Christo redemptore, non tantum négantem quicquam adhuc certo definitum, sed vtrinque inter scholasticos disputatum de meritis Christi ex figure, sed etiam assignantem Christi meritum ex rigore, supposito pacto; hoc sensu, ut non potuerit quidem Deus obligari ad admittendam villam satisfactionem pro peccatis hominum, nisi propria voluntate, sed hac posita fuisse iustitiam Christi tantam, tamque infinitam eius vim, propter dignitatem personæ, ut verchanè debuerit.

DE MERITO CHRISTI,

i. admittere, & inde redemptions plenam eti. Quin. Valques ipse disp. 9. videtur hoc redire tandem, cum disputat iure potuisse Deum satisfactionem Christi non acceprare: & docet satisfactionem vnius pro alio, cum perfectam, tum imperfectam requirere confessum. I ei acceptantis satisfactionem ad rollendum debitum, sive pena, sive culpa.

III. Quæ nostra quidem fides est, ut in aliis verbis que sunt opus habemus. Calimus certe §. 1. c. postr. lib. 2. Institutionis, Evidem fator, si quis simpliciter, & per se Christum opponere velle iudicio Dei, non fore merito locum. Et paulo post. Quum de Christi merito agitur, non statuit in eo principium, sed concordamus ad Dei ordinationem, que prima causa est: quia mero placito Mediatorem statuit, qui nobis salutem acquereret. Iterum, Christus non nisi ex Dei beneplacito quicquam mereri potuit: sed quia ad hoc destinatus erat, ut iram Dei sacrificio suo placaret, sive obliuientia deteret transgressiones nostras.

IV. Disputat Vasques è Scripturis obiici, primo statim loco: ad Romanos. Non fecit delictum, ita & donum: Si enim vnius delicto multi mortui sunt, multo magis gratia Dei, & donum in gratia vnius hominis Iesu Christi, in plures abundauit. Hic contendit comparationem fieri in dignitate, virtute, & valore, peccati Adæ ad perdendum posterorum, & meriti, aut satisfactionis Christi ad redendum eos. At peccatum Adæ condigne satis natura sua meruit posteris damnationem & mortem, non autem ex Dei imputatione. Ergo sequitur meritum Christi, multo maiorem habuisse dignitatem, & valorem, ut ex se absque villa acceptatione, mereretur nobis redemptions.

V. Quod genus, inquam, argumentationis? quæ partium coherentia? Nimirum sane confidenter Iesuitæ gerunt se in controvensis Fidei. Quanquam non est hoc, aut vni cum, aut primum experimentum. Primum axioma non postulamus ut probet, ne secundum quidem. Sed tertium negamus ex his sequi, villa legitima rationacionis lege. Nam cōparati peccati, & meritorum efficientiam, sufficit, non etiam efficientia causas. Planius loquar: Constituit Paulus maiorem esse vim meritorum Christi ad seruandum, quam peccati primi ad damnandum: at non adfringit similem causam esse vtriusque: id est, itidem ut peccatum meritum est simpliciter, & ex se damnationem, ita meritum Christi salutem. Sic ad Hebr. 12. Corporum nostrorum patres habuerunt castigatores, & eos reuerteri sumu: annor multo magis subiecti erunt Patri spirituum? Dicamne: sicut patribus carnis subiecti erunt ex vi legis, ita Patri spiritu ex vi legis. Minime vero, nā hæc subiectio non nisi ex vi Spiritus diuinitus.

VI. Quid quod si eodem rationacionis iure vtamur, ex eodem Paulo contrarium conficiamus? Habes ad Hebr. 9. Si sanguis taurorum, & hircorum, & cœni iuuenient aspergens inquinatos sanctificat ad carnis puritatem: quanto magis sanguis Christi, qui per Spiritum eternum seipsum obtulit inculpatum Deo, purgabit conscientiam vestram? Perge argumentando ad exemplum Vasquis. Comparatio fit in dignitate, virtute, valore, sacrificiorum Veterum, & sanguinis Christi ad purgandum. At sacrificia vetera purgabant ex pacto, sive instituto Dei, non enim simpliciter, & per se. Ergo sanguis Christi purgat ex pacto & instituto Dei, non simpliciter & per se, id est, absque villa acceptatione.

VII. Nempe igitur nugabatur Vasques, cum ex illis, & sequentibus aliquo Pauli verbis, argumentum ductum à minori explicaret in hanc formam: Si peccatum Adæ potens fuit condemnare totam posteritatem, nempe ex se condigne, multo potius meritum Christi, quod magis ex se condignum est, poterit omnes vivificare. Nam quicquid illud est de congruitate, & cœni nostra, itaque omisum à Paulo. Neque verum, aut tocerabile multo plus ex se condignum fuisse meritum Christi ad salvandum, quam meritus peccati ad damnandum.

VIII. Præterea, gratiam, diserte audis expressam, & bis quidem parvis verbis, οὐδὲν τὸ θεῖον, οὐδὲν τὸ ζῷον, que gratia nulla esse potest, nulla dici, si profus pendet ab instituto, & acceptatione Dei meritum Christi. Et attendendum est, non nominatam gratiam, nisi cum de Christo actum: quo magis confirmatar non institui comparisonem indentitate, vel similitudine casuarum: sed contra potius: eti peccati efficientia sit ab ipso peccato, & quidem condigna: at meriti Christi, à gratia, tamen efficientiam huius meriti, longe maiorem esse, quam illius peccati.

IX. Secundo loco profertur ex ad Hebr. 7. disserim inter Sacerdotes Leuiticos & Christum: quod illi infirmi essent, nec saluare in perpetuum posse: Christus autem vna sua oblatione, negotium nostræ redemptiois absoluens, & in æternum pro nobis interpellat. Quod si Christus, inquis, congrue tantum, & ex acceptatione interpellarer, & impetraret nobis gratiam, nihil praestaret Sacerdotibus Veteris Testamenti: illi enim etiam gratiam populo impetrabant.

X. Itane? Quid ergo, si nos in precedenti argomento dixissimus, si Christus ex se, & condigne meruit: ergo nihil praestat peccato, quia & hoc ex se & condigne meruit? Non risisset Vasques: non regessisset, similes causas non propterea non esse potentiores? Ceterum Apostolus præstamiam sacerdotii Christi disertissimè exprimens, efficit-ne Vasquis, cuiusquamque Iesuitæ diuinorum opus essent. Illi quidem, inquit, plures facti sunt Sacerdotes, quod mors prohibet eos permanere: at iste propterea quod in eternum manet, perpetuum habet sacerdotium, unde & seruare prorsus potest. Sed ita sunt Iesuita, ut ex condigno sua omnia longe præferant Scripturæ oraculis; *Te averti.*

XI. Tertio obiicitur ad Hebr. 10. Imposibile est sanguine taurorum, & hircorum auferri peccata: ideo ingrediens mundum, dixit, Hostiam & oblationem non noluisti: corpus autem adaptasti mibi. Ex eo dicit Christum se obtulisse Patri pro redemptione nostra, quia nulla inteniebatur hostia, quæ Deo placaret, & qua ipse placari posset. Quod si Deus, benignitate sua vo' uislet placari, certe potuisset sacrificio aliquo, & hostia, quæ licet ex se digna non esset tanta reconciliatione, saltem congrue illam mereretur, eamque Deus benigne acceptare posset, & ea contentus manere. Quod si hoc modo tantum hostia Christi nobis congrue mereri potuit redemptions ante acceptationem Dei, non recte dicerentur aliae hostiae reiectæ à Deo, ipseque non placuisse. Ideo igitur reliqua hostia ab ipso reiectæ sunt, quia condignæ non erant. Ethac sola de caula hostia Christi Deo accepta extitit, quia condigna, & æqualis fuit.

XII. Sophista non concludit thesim. Ideo, inquit, hostia Christi acce-

pta, quia condigna, & æqualis. Quis negabat? Sed hoc queritur, villa simpliciter, & ex se acceptata, sive absolute. Hoc, inquam, queritur, hoc ille non conficit. Nam potuisse æqualem, ideoque condignam offerri, condigna inquam, homine peccatore, non est quod negemus: multo minus fuisse Christum omnibus hominibus dignitate non æqualem tantum, sed etiam superiori. Sed altius penetrat quæstio, quod vel non videt, vel dissimulat Sophista. Nimirum, utrum absque villa acceptatione, & beneplacito, tenetur Deus admittere villam hostiam pro peccatore, villam dico, sive congrua sive quoquæ tandem titulo insignias. Nos negamus, & exemplo dæmonum demonstramus: qui nullam redemptions obtinuerunt. In rebus etiam nostris, nullus creditor tenetur in locum debitoris villum prædem admittere: neque adeo pro alio aliud.

XIII. Concedimus igitur, eo se Christum obtulisse, quia nulla alia inueniretur digna hostia. Sed tantum, quia non ex se, & simpliciter, non concedimus, & hoc modo dicimus, ne Christum quidem fuisse offerendū. Sed concedimus nullam dignam, nec supposita quidem illa acceptatione, id est, illo decreto gratia, quo constituerat Deus, & placari hominibus, & sic placari, id est, per hostiam. Quo posito decreto, tum fuit Christi hostia condigna. Neque tauforum, hincorum villa, quæ aliud, quam illius umbram exprimeret, & typum gereret.

XIV. Præter has Vasquis, alias Scripturas Feuardentius animo se convergit. Primo, Christum esse Filium dilectum, in quo sibi Pater complacuit, adeo ut dederit ei omnia in manus, demonstrare quecumque facit. Secundo, Patrem benedixisse nos omni benedictione spirituali in cœlestibus in Christo, sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem: Item gratificasse nos in dilectio Filio suo, in quo habeamus redemptions per sanguinem eius remissionem peccatorum, secundum diuitias gratia eius. Tertio, in eo, & per eum condita esse vniuersa in cœlis & in terra, visibilia & inuisibilia, sive throni, sive dominationes, sive principatus, sive potestates, quia in eo omnia consistunt, & sit is caput corporis Ecclesie. Quarto, simus Deum esse & hominem, carentem omni proflus peccati labe: omnia Spiritus Sancti dona, sine mensura possedisse: omnem plenitudinem Deitatis in eo corporaliter habitasse. Ex his ille omnibus, & singulis concludit: eos sub velo fidelium, ac reformatorum, impietatum plane Iudaicam, & Mahometanicam celare, qui audeant Chirstum omni adeo dignitate spoliare, ut nihil apud Patrem mereri, nihil satisfaciens ac dignum offerre potuerit, quod simpliciter eum placare, quodque eius iudicio per se pro totius humani generis salute obiici posset.

XV. Proh noui zeli, nouum ardorem! Fuorem dices, si suo rem æstimis momento. Sed ego in Cordigeris, ut non difficile zelum inesse ideo, & quidem qualiter Paulus describatur, sine scientia, ita furor didicis iam pridem habere pro neglecto, ut bruta, dissimulata calumnia, vim argumenti, si quæ futura est, non negligam. In antecedentibus igitur obseruo, maximam describi dignitatem Christi, cui nulla sub Deo dati similis posse, nedum posse statui. Quæ captum longè, longè excedat, non hominum tantum, sed etiam Angelorum. Hoc ego facio, & si quid ad eam rem dici poterit vterius aut disertius. Nam quos ille nos existimauit homines, qui velimus vel tantilim detractum de maiestate Saluatoris nostri? Verumtamen in tanta dignitate vim villam esse negamus, vnde concludatur villa meritum abolutum: id est, quo Deus, nullo supposito pacto, obligari potuerit ad hominem redendum, aut etiam redemptum pati. Amplius dico, nec siagi quidem tantum monstrum posse, nedum vlo argumento concludi. Tam facile, vno momento, vno conatu, nec magno, rotius huius Babylonis murus concidit.

XVI. Nam quod *ταύρων*, Christum omni dignitate spoliari, nihil nisi *προμηθευτῶν*, quasi rem haberet cum infantibus. At nos scimus, quicquid Scriptura dicit de dignitate, de maiestate, de laudibus Christi, manere sicutum rectum, integrum, cum dicimus, cum nobis vere, propriè, plene, perfetè salutem esse promeritum, id est, meritis suis acquisuisse, sed meritis tam ene ex compagno, id est, quia hoc potius, quam alio vlo modo constitutum fuerit apud Deum, redemptions humani generis perficere, quod nemō potuit, cœlestium, terrestrium, inferorum. præter unum *ταύρων*, Dominum nostrum Iesum Christum, vnde fit, ut ab eo honore, graduque remoueamus, non nostra tantum merita singulorum, sed etiam sanctos, quibuscum audacissimi Papistre tantum dignitatem communicant, remoueamus, inquam, hoc certissimo argumento, quod fuerint *πλάσται τηρητοί*. Scilicet oportebat talē nobis esse pontificem, qui consideret ad dexteram throni maiestatis diuinæ in cœlis, ad Hebr. 8. Hanc Christo dignitatem Scriptura detulit, hanc eandem absit, absit, ut vel negemus, vel imminuimus, vel cuiquam communicemus.

XVII. Atque haec tenus Scriptura. Nunc ratio est Vasqui verbose admodum diserta duobus integris capitibus, dum videri vult alius aliquid sapere omnibus Scholasticis, cum tamen reuera nihil dicat noui. Paucis complectat. Omnis satisfactio dignitatem sumit ex persona, quæ satisficit. Ergo opera Christi ex se, sine villa acceptatione, digna fuerunt, quibus compenari posset offensa, & peccatum contra Deum commissum. Ratio consequitur, quia omnes actiones Christi sunt *προδόπιοι*, quod prolixè docent, tum Damascenus, tum Damasceno verius alii. Quid hoc sit autem, *προδόπιοι* actiones esse, valde sudat in explicando. Sed otiose.

XVIII. Nam nos negamus consequentiam propositi argumenti. Nihil certius, quam ex unione personali naturarum, consequi omnes operationes Iesu Christi esse totius suppositi, ac proinde diuinæ hominis, humanæ Dei. Nam inde audimus Filium hominis descendisse ē cœlis, & Deum esse mortuum. Concedimus etiam satisfactionem dignitatem oriri à persona satisfactione: ideoque satisfactionem Christi maximæ, immo infinitæ dignitatis esse, libentes admittimus, immo vlo profitemur, neque putemus nobis certo satis loco futuram salutem nostram, si res aliter se haberet. Sed negamus tamen sequi, id quod in conclusione præcipuum est, eam dignitatem us operibus esse ex se, & sine villa acceptatione. Et cur non aduerunt viri, alia non stupidi, nisi hic malitiosi essent, nō bene cocludi, quæ nullo loco sint in antecedentibus?

XIX. Pugnat etiam autoritate Veterum Vasques, sed non felicius. Ex Athanasio in Euangeliū de Passione & Cruce Domini, qui postquam dixit genus humanū ad sui redempcionē nō fuisse sufficiens, & ideo Christum pro nobis satisfecisse, subdidit. Siqui, & Christus factus est pro nobis maledictior: atque ita humana carne amictus, ut a posteriori de cœlum opere, & circumdatu-

*per se, quæ nostra erant, Patri obtulit, ut ipse patiens hominem illum redderet, & parua magnis compensaret. At si ex se, ablique acceptatione Dei, meritorum minus dignum esset, non parua magnis, sed magna paruis Christus compensasset. Ex eiusdem de humanitate Verbi, *Eius enim id quod corruptibile erat, iterum ad incorruptibilitatem reducere, & pro omnibus id, quod a quum, rationique consentaneum erat, Patri præstare.* Atqui non aequum, si ex e minus dignum, & sola voluntate Dei ita acceptaretur. Rursus, *Cum enim Patri sit ratio, & super omnes, merito solus omnia recuperare posuit, & idoneus fuit, qui pro omnibus pateretur, atque apud Patrem intercederet.* Et post, *Ideo corpus, quod mori posset sibi assumptum, ut illud rationis particeps factum, pro omnibus morti ad plenam satisfactionem sufficeret.**

X X. Absoluam omnes: uno enim labore licebit expedire, Chrysostomus hom. II, ins. ad Roman. *Quemadmodum si quis in carcere custodiatur, quempiam nummos decem debentem coniiciat: neque ipsum solum, sed cum illo, & propter illum simul uxorem, liberos & famulos: veniat vero aliis, qui non solum soluat decem illos nummos, sed etiam innumera auri talenta largiatur: iam non poterit amplius scelerator, decem nummorum debitum exigere: ita & nobiscum factum est: multo siquidem plura, quam debeamus: Christus pro nobis solvit, tantoque plura, quam guttulam exiguum pelagus excedit immensum.* Cyrillus Alexandrinus I. lib. de recta Fide ad Reginas, capite, *Quod mors Christi mundo salutaris: cum ex epistola ad Timoth. arguit: Ex confessio salutaris est mors Christi, inquit: sed si non esset Deus, quomodo ipse & solus sufficit ad hoc ut sit pretium? sed sufficit solus pro omnibus mortuus, qui & super omnes est Deus: igitur est morte sua carnis à mundo depellens mortem.*

X X I. Autor libri de operibus cardinalibus Christi apud Cyprianum in de Circumcisione. *Tanta dignitas illa una redemptio nostris fuit, oblatio, ut una ad tollenda peccata mundi sufficeret, qui tanta autoritate in sancta introiuit in sanguine proprio, ut deinceps nulla supplicationum postulatio indigeret sanguine alieno. In de Ascensione. Intelligi voluit in precio, quod pro eo datum est, & in eo quod ipse dedit pro mundo, quanta fuerit dissimilitudo: ut dubium esse non possit, quin per magnitudine sit per negotium: nec & quare possit damnum, quod damnatio iuste meretur, obedientia Christi, que usque ad mortem progressa est, & ultra soluit quæ non debebat.* Agapitus Papa Epitola I. quæ ad Anthimum, *Effusio sanguinis Christi tam fuit dius ad pretium, ut si universitas captiuorum in redemptorem suum crederet, nullum Diaboli vinculum retineret: quoniam sicut Apostolus ait, ubi abundauit delictum, superabundauit & gratia, & cum sub peccati præiudicio nati, potestem acceperint ad iniustiam renascendi, validius factum donum libertatis, quam debitum seruitus.* Fulgentius de Incarnatione & Gratia Domini nostri c. 4. dixit humanam naturam non potuisse idoneam effici ad redimendum genus humaanum, & persoluendum debitum nostrum, nisi unione cum diuinâ persona. Sentit ergo, unione ipsa potuisse idoneam effici.

X X II. Hac Vasques: quæ velim descripta omnia, aduersus importunos satisfactionum predicatorum, & indulgentiarum diribitores. Nam si plena, si perfecta, si idonea fuit oblatio Christi omnibus omnino redimendis hominibus, si omnes homines crederent: si tanta inæqualitas pretii & redempti, quanta immensi maris & vnius guttula: quorsum supplementum meritorum, additamenta satisfactionum, commenta indulgentiarum? Abutimini o Sophiste, vestro otio, nostra patientia, cum hæc nunc ingeritis tam importune: Probatis scilicet, immensam esse dignitatem pretii pro nobis oblati: probatis æquasse peccatum: probatis longe superasle peccatum. Egregiam vero laudem. Quasi non ea sit vel puerorum apud nos institutio, confessio.

X X III. Sed cur nō obseruatis nemine dicere, nemine docere absq; illa acceptatione Dei, id factum? At inde sequitur. *Vos, inquam, educitis, illi non dicunt: quos tamen testes producebatis. Ego iam nego ab iis sequi quæ illi dixerunt. Exemplo sunt primi illi: nam quid necesse est per singulos repetere? Si ex se, & sine acceptatione meritum Christi minus dignum esset, non magna paruis, sed parua magis compensaret: nego sequi: nam hæc inæqualitas comparat Christi merita, cum nostris demeritis: atqui hæc nostra acceptatio comparat cum ipsa Dei maiestate. Non sequitur autem, si nostrum peccatum sufficienter compensari posset, Deum ipsum teneri admittere hanc satisfactionem.* Regum 21. Ahab Naboto offerebat pro vinea, vineam meliorem. An propterea tenebatur Nabot suam tradere? Genes. 42. Ruben patri suo offerebat duos filios pro unico Iosepho, an sine acceptatione illa tenebatur Jacob conditionem admittere? Scilicet concedat aliquis sanus, maiorem esse Dei erga homines obligationem quam hominum ipsorum.

C A P . III.

Argumenta Catholicorum. contra meritum absolutum.

I. **C**um nihil probavit Feuardentius: tuum vero Caluini ratio potentissima est hæc prima: Non repertiri in homine dignitatem, quæ possit Deum promereri: nimurum merito absoluto, & præter omne pactum; siue potius Dei decretum. Argumentum integrum: Nemo hominum potest modo Deum promereri. At Christus est homo, Ergo Christus non potest eo modo Deum promereri. Maior patet ex infinita distantia Dei & hominis. Imo Gerson, referente Altenstaig, asserit hoc genus meriti, solum reperiit inter creaturas ad inuicem. Non ergo, inquam, inter creaturas & Deum.

II. Nec tu vero mihi distinguo, hominem nūdum, ab homine ~~reprobus~~ (quod oblique Feuardentius facit) quasi ille quidem non posset, hic autem posset. Quia assumptio humanitatis, non æquauit eam Deitati: sed reliquit in creaturis, etiam si dignitate auxerit in immensum, ultra omnes creaturas. Quod si est, tum sane ipsa assumpta humanitas adhuc longe abest à Deitatis gradu: itaque, ne sic quidem potest Deitatem sibi obligare. Quid igitur? nempe efficit hæc tanta sublimitas, id est, assumptio in personam Verbi, ut sufficiens esset implendo Dei decreto. Et mereri posset, primo pro aliis, secundo pro omnibus: quorum neutrum ~~pro aliis~~ ~~pro omnibus~~ poterat.

III. Respondeat Feuardentius, ex Augustino Confessionum lib. 5. c. 9. Dignaris, Domine, eis, cuiibus omnia debita dimitti, etiam promissionibus suis

Tom. III.

debito fieri. Et Commentariis iu Psalm. 100. *Videntur, quia tenet Deum debitorem Paulus, Redde mihi, inquietus, Dominus illo die. Quid tibi redde, nisi quod debet?* Debitorum Dominus ipse fecit, non accipiendo, sed promittendo. Non ei dicitur, Redde quod acceperisti: sed redde quod promisisti.

IV. Optime, inquam: omnino ita est, vt docuit Augustinus. Sed hæc omnino thesis est nostra: nostra sententia. Nam si debet Deus, non nisi quod promisit: Ergo perspicuum, merita posse dici nulla, nisi ex pacto. Itaque nostro bono Sophista contra se Augustinum citavit, ac proinde non soluit argumentum.

V. Secunda ratio à Christi prædestinatione. Nemo prædestinatus ab æterni, meretur Deo quicquam merito absoluto. At Christus est ab æterni prædestinatus. Ergo nihil potuit à Deo mereri, merito absoluto. Maior probatur, quia prædestinatione est ipsum Dei decretum antecedens omnem causam, ex quo fit, ut unum quodque existat, suo tandem tempore: non enim prædestinatur aliquid, quia futurum est, sed contra futurum est, quia est prædestinatum. Quare cum Christus nihil pro nobis meruerit, nisi quatenus Mediator: & Mediator sit ex certo prædestinationis decreto: omnino necesse est, nihil cum meruisse, nisi ex æterni prædestinationis decreto.

VI. Probarur minor. Prioris Petri cap. I. *Scitis vos, non caducis rebus, argento vel anulo, fuisse redemptos, sed preciosos sanguine, ut pote agni immaculati, & incontaminati, nempe Christi, & regis, & pacifici, sive, ut Beza vertit, præordinati, sive ut Syrus, destinati ad hoc ipsum ante iacta mundi fundamenta. Guiaudus, id est, Deus ab æterno præordinauit Filium suum tradere sacrificandum pro nostri peccati expiatione.*

VII. Augustinus, non tantum prædestinatum docet, sed etiam, ut omnes fides, prædestinatum gratis, & non ex prævisione meritorum suorum, quo nihil dici potenter ad hoc nostrum institutum potuit, de Prædestinatione Sanctorum c. 15. *Est etiam præclarissimum lumen prædestinationis, & gratia, ipse Salvator, ipse Mediator Dei, & hominum homo Christus Iesus, qui hoc ut esset, quibus tandem suis, vel operum, vel fidei precedentibus meritis: natura humana, quæ in illo est, comparauit: Respondeatur, quæ: ille homo, ut à Verbo Patri coetero in unitatem personæ assumptus, Filius Dei unigenitus esset, unde hoc meruerit, et ab quando potuit. Apparet itaque nobis in nostro capite ipse fons gratia: unde secundum uniuscuiusque mensuram, se per cuncta eius membra diffundat. Ea gratia sit ab initio fidei sua homo quicunque Christianus, que gratia homo ille ab initio suo factus est Christus. Libro de Bono peruerantia, c. 2. Nullum est illustrissimum prædestinationis exemplum, quam ipse Iesus, nullum est inquam illustrissimum prædestinationis exemplum, quam ipse Mediator. Qui quis fidelis vult eam bene intelligere, attendat ipsum atque in illo inueniat, & seipsum. Et pot. Qui ergo hunc fecit ex semine David, hominem iustum, quinquam esse iniustus, sine ullo merito precedentis voluntatis eius, ipse ex iniustis facit iustos sine ullo merito precedentis voluntatis ipsorum, ut ille caput, hi membra sint eius. Qui ergo fecit illum hominem sine ullis eius precedentibus meritis, nullum quod ei dimitteretur, vel origine trahere, vel voluntate perpetrare peccatum: ipse nullis eorum precedentibus meritis, facit credentes in eum, quibus dimittit atque peccatum. Et pot. Et illum ergo, & nos prædestinavit: quia in illo ut esset caput nostrum, & in nobis, ut eius corpus esset, non præcessura merita nostra, sed opera sua futura prescivit.*

VIII. Feuardentius respondet: fraudulentiter ista, quæ vere dicuntur de gratuita humanitatis assumptione à Verbo, detorqueri ad mortis imminuenda merita. Sed ego regero somnolenter ab eo vim argumenti esse consideratam. Nos enim ex eo quod illa incarnatione fuit prædestinata: Ernihil meruerit mors Christi, nisi per & propter illam Incarnationem, omnino concludimus, nihil meruisse, nisi ex vi prædestinationis, ac proinde non ex absoluto merito. Hoc ille soluat, aut fateatur se fugas agere.

IX. Addo tertiam rationem: Si à Deo Christus constitutus est Pontifex siue Mediator, Ergo quicquid meruit, id fuit ex decreto, non autem absoluto merito. Ratio consequentia, quia, quicquid meruit, fuit ab officio Mediatoris, siue disernit, & eo ipso quod meruit nobis, fuit Mediator & Pontifex: & vicissim, quia Mediator & Pontifex, ideo meruit nobis. Illustratur exemplo. Quia, cum constituantur à Rege officiani, siue Magistratus: quicquid illi gerunt ex officio, vim suam habet à regia autoritate: non vero ab ipsis, neque se potest aliter habere.

X. Antecedens vero facile prebatur. Ad Hebr. 1. *Considerate Apostolum & Pontificem professionis nostræ, Christum Iesum, fidem eum qui ipsum constituit. Quatuor Neque sibi ipsi quisquam sumit hunc honorem: sed qui vocatur à Deo sicut Aaron. Ita & Christus non sibi hunc honorem tribuit, ut fieret Pontifex, sed is qui dixerat ei, Filius meus es tu: ego hodie genui te. Act. 2. Certo sciat tota domus Israel hunc esse factum à Deo Dominum, & Christum: hunc, inquam, Iesum, quem vos crucifixistis.*

XI. Eodem pertinet etiam ista, quibus denotatur ipsa eius muneris efficacia esse à Deo. Prioris ad Corinth. 2. *Qui factus est nobis sapientia à Deo in istitua, & sanctificatio & redemptio. Ad Roman. 1. Quem proposuit Deus propitiationem per fidem insanguine ipsius. Act. 4. Nec aliud nomen est sub caelis quod datum sit inter homines, per quod oportet nos seruiri.*

C A P . IV.

Catholicos non negare moris Christi sufficientiam.

I. **D**e efficacia mortis Christi iidem illi magnam longamque mouent Tragediam: maxime Windek prolixo exarato volumine. Quæstio est: Pro quibus-nam mortuus sit Christus. Illi statim respondent, pro omnibus hominibus indifferenter, cum Electis, tum Reprobis. Et magni sceleris Calvini non tam accusant, quam damnant, qui negauerit, soli quæ Electis id beneficium assignaverit. Disputauit Piscator, disputatione Theologica de Prædestinatione, quæst. 1. &c 2.

II. Verum distinctione opus fuit: si sincere, & non sophistice actum voluerunt. Pro omnibus enim Christum mortuum potest quis dicere hoc sensu: ut ab eius mortis merito aliqua in omnes desulant beneficia: vel; ut ea quæ propriæ salutem spectant, remissio peccatorum, redemptio, conciliatio cum Deo, & si quid est huiusmodi. Deinde iterum, vel hoc sensu, ut ne mo non sit hominum rapere particeps beneficiorum, quæ ab eo morte pro-

lata sunt.

prie defluunt. **Quomodo** Windek agnoscit Puccium, Smidclinum, Huber-
rum docuisse, Chistum per hostiam suam omnium hominum reconcilia-
tionem cum Deo de facto constituisse, & singulorum peccata efficaciter ex-
piasse. Nam haec est mortis sufficientia. Vela ita, ut etsi non omnibus prospic-
tamen prodesse possit: nempe, quia omnibus hominibus, quantum eorum
fuit, est, erit, saluandis, ea mors sua sectura sit, si omnes essent saluandi: un-
de fit, ut omnibus etiam proponi iubeat in discriminatum, quia omnes soli-
citandit, ut velint saluari. Et haec est mortis sufficientia.

III. Hoc posito, Calinus docuit, à Christi morte in omnes homines deriuari multa beneficia, puta resurrectionem omnibus: tum multis vocationem generalem, & quæ ad eam pertinent. Secundo, à Christi morte ad omnes prouenire illa beneficia, quæ proprie salutaria sunt, negat. Tertio, posse tamen omnes homines saluari per mortem Christi confitetur. Nec erubescimus ut vocabulis Scholasticorum, Christum pro omnibus mortuum esse sufficienter: at pro paucis efficaciter.

IV. Quare, vel calumniatores erunt: Feuardentius, Becanus, Windes: vel duorum alterutrum docere debent, aut Caluinum negare Christum sufficienter mortuum pro omnibus: aut contra fidem asseri, eundem efficaciter esse mortuum pro solis Electis. Experiamur quid possint.

V. In priori questione hæc habent argumenta. Primum Feuardentius & Windek: ex Caluinō in Ioan. 17. Christum proprij gregis solummodo fuisse sollicitum. Et pro Eleīis suis dantaxat orasse. Ex eiusdem libro contra Heschusium. Windek. Carnem Christi pro impiis non esse crucifixam, nec sanguinem eius pro eorum peccatis expiandis effusum esse. Ex Institutionis 3. c. 22. segm. 10. Si omnes velle saluos, custodem illis preficeret Filium: & omnes in eius corpus Sacrofidei vinculo insereret. Nunc constat singulare esse paterni amoris pignus, filiis, quos adoptauit, reconditum.

V. Alterum est apud Windekiū, ex 2. responsione Bezae ad Acta Colloqui Montisbelgardenis, *Impium & blasphemum est affirmare, damnari posse quenquam cuius expiata per Christi mortem sint peccata, siue pro quo Christus satisfecerit: siue Christum pro aliquo satisfecisse*, qui beneficium eius non sit amplectus fide.

VII. Sed contra, ostendo eosdem, Calvinum & Bezan, tenuisse mortis Christi sufficientiam, quam ante diximus. Ille, Commentariis in 1. Iohann. 2. Sed hic mouetur quaestio: quomodo mundi totius peccata expientur. Omitto phreneticorum deliria, qui hoc pretextu reprobos omnes, adeoque Sathanam ipsum in salutem admittunt. Tale portentum refutatione indignum est. Qui hanc absurditatem volebant effugere, dixerunt sufficienter pro toto mundo passum esse Christum: sed pro electis tantum efficaciter. Vulgo haesolutio in Scholis obscuruit. Ego, quanquam verum esse illud dictum facio, nego tamen praesentiloeo quadrare. Habes disertam confessionem. Verum eile illud dictum: numerum illam distinctionem efficacia & sufficientiae.

VIII. Idem in primam Ioannis ad illud, *Ecce Agnus Dei, qui tollit peccatum mundi*. Peccatum singulari numero pro quavis iniuritate ponit: ac si diceres: quicquid est iniustitia, quod Deum ab omnibus alienat, per Christum tolli. Ecce cum dicit Mundi peccatum, hanc gratiam ad totum genus humanum promiscue extendit, ne sibi solis Iudei missum Redemptorem putent. Quid amplius Papistæ, aut volunt, aut velle possunt, si nihil aliud querunt, quam sufficientiam illam quam diximus? Aut, quid aliud est, gratiam illam, quæ tollit peccatum, extendi promiscue ad totum genus humanum?

*I. Et, ne sim prolixior, Feuardentius ipse, qui animo fuisse accusauit: ipse, n^{on} qua^rt, hoc p^{ro}m^{is}it in Caluino legis dicit. Etsi non reperi ego quidem locum: sed ille tamen, quasi ex commentariis in s. ad Roman. citat ita, *Etsi passus est Christus pro peccatis totius mundi, atque omnibus indifferenter, non tamen omnes apprehendunt.**

X. Quod ad Bezanum attinet: suggillat ille quidem hanc efficaciam & sufficientiam distinctionem: sed, ut duram, ambiguam, barbarem. at non simpliciter tamen: sed *gen. n.* Alioquin enim quodam sensu veram concedit. Et ne esset ambiguum, quem eius sensum proberet, statim explicat, *negandum non esse tanti esse hanc oblationem*, ut potueris etiam pro infinitis mundis satisfacere, si plures essent mundi. & mundani omnes fide in Christum donarentur: nedum pro singulis unius mundi nullo excepto hominibus, si Deus eorum omnium vellera misereri. Locus est in eadem 2. respons. ad acta Monbelgardensia: & quidem, haut multo post ab aduersariis citatum locum. *Quid habent igitur quod rodant?*

XI. Ambiguitatem vero distinctionis, ne quis aliquid inde sinistri suspicetur, in eo constituit: quo illud pro omnibus hominibus, possit significare, vel Consilium Patris, ex quo conilio Filius passus est: vel ipius passionis effectum: quo utroque sensu, non sufficientia, sed efficiencia designetur. De secundo nullum est dubium: cum discrete effectus nominetur. In primo etiam consilium est Patris. Atqui id consilium, est voluntas Patris ab æterno decernentis, id est, Prædestinatio: est vero hæc voluntas, non signi, sed beneplaciti, ac proinde efficax. Si ergo factum est eo consilio, ut Christus pro omnibus moreretur: necesse est, cundè pro omnibus efficaciter mortuum, & non tantum sufficienter. Quæ res pertinet ad sequentem controvérsiam, Interea plana mens Beze: non respui distinctionem sufficientiæ & efficaciæ mortis Christi pro omnibus: nisi hanc solam ob causam, quia phrasis, pro omnibus, ambiguitate sua possit fallere. Huic si cauteatur, nihil erit causæ, quoniam qui rem probat, idem vocabula quibus ea res significatur, libenter admittat, & qui mille mundis sufficere mortem Christi constitutur, idem dicat pro omnibus hominibus sufficienter Christum mortuum.

XII. Neque vero ab aduersariis excerpti loci, contra quicquam euincunt. Primum ex Caluino citatum, commentariis in 17. Ioa: non inuenio: nec reiicio tamen, existimans suis verbis Papistam voluisse Caluini mentem exponere. Lego enim ista, *Ceterum non dicit Christus se toti mundo profectū esse, ut vitam omnibus promiscue conserat: sed gratiam hanc restringit ad eos qui sibi dati sunt. Quomodo autem dati: Nam & reprobus pater illi subiecit. Respondos, solos electos ex peculiari esse eius grege, cuius custodiam tanquam pastor suscepit. Ergoregnum Christi, ad omnes quidem homines extenditur: sed non nisi solis electis est salutisicum, qui voluntario obsequio sequuntur vocem patris.* Iterum, *Certitudo in eo consili, quod Filio tradit in custodiam, quos unque exit ne perirent.*

XIII. Hæc inquam, lego, & alia nonnulla, quæ non ab ludunt à verbis Sophistarum, Christum proprii gregis solius solummodo fuisse sollicitum. Sed

hoc quid ad rem? Aut quis inde conficeret: Ergo non esse pro omnibus hominibus mortuum sufficienter? Nam illa sollicitudo ad efficaciam pertinet potius: q[uod] facile vident omnes. Sic pro Petro rogauit, ne deficeret fides eius, sic hoc i[ps]o capite, pro discipulis, ut seruaret eos Pater. Cuiusmodi nihil de infidelibus dicitur. Sed præterea, *vitam conferre*, quis neget efficaciam esse? Eci enim Iudas Iscariotes ab eadem morte potuerunt vitam habere: tamen nemo unquam dixit, eidem vitam fuisse collatam. Deniq[ue] illud nulli cauillo obnoxium est. *Regnum ad omnes quidem extenditur: sed sola electis est salutis.*

XIV. Pro solis electis orate Christum 17. Ioan. non video quo iurerodant. Nam quid dieristi his Christi verbis? *Manifestauit nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi ex mundo (tui erant, & mihi eos dedisti)* Et sermonem tuum seruauerunt, nunc nouerunt, quod omnia qua dedistis mihi, abstulerunt. Quia verba qua dedistis mihi, aedi ius & ipsi recenterunt, & nouerunt vere quod abs te exiui. & crediderunt, quod me miseris. Ego pro ipsis rogo: nō pro mundo rogo, sed pro his, quos dedisti mihi, quia tui sunt. Et post, Nō pro ipsis rogo tantum, sed pro iis qui credituri sunt per sermonē eorū in me. His vero lectis, quis, quæcōd, tam itipes fuit, ut non potuerit obseruare illud, Patri commendat duntaxat, quos ipso ultro amat.

XV. Aut si a se non vidiſſer Caluinus: potuit saltē admonitus ab iis qui p̄c̄cesserunt, Cyrillo, *Dominus noster Iesu Christus suos à non suis separans, pro eis, inquit, tanummodo, qui verba mea seruant, & iugum meum accepterunt, rogo. Nā quorū Mediator, atq; Pontifex est, ipſis tantummodo mediationis bonū non iniuria attribuiſſe.* Ruperto, *Va ergo mundo gaudenti, orante pro suis, i.e. moriente, & in aracrucis ſe ſacrificiū offerente Christo, unigenito Filio Dei. Quia pro eis, quos dediſſi mihi, inquit, rogo non promundo. Mundus, hic accipiuntur dilectores mundi, tam diuersi ab his, pro quibus Christus rogarat crucifixus, quam diuersi erant apud Deum AEgypti filii Israeſ ſacred ſanguine agni poſtes/nos signantib⁹.* Nihil Caluinus dilertius aut dixit, aut dicere potuit. Habes non tantum Christum orasse pro ſolis ſuis: ſed etiam illud ipsum orare, non pro nudis precibus, ſed pro Christi efficacia, nempe mediationis bono, apud Cyrillum, mortis ſacrificio, apud Rupertum. Habes etiam fidelium Mediatorem & Pontificem apud Cyrillum, & inde iis attributum mediationis bonum. *Quid superest, quo minus horum calculo superior sit Caluinus.*

XVI Adde, Theophylactum, Δεκτὸς ὅν δι' εἰδέναι ἀλλο τῶν πα-
τέρων φίλην, αὐτὰ δι' αὐτῆς, Indicans se nullam aliam ob causam, sed propter ipsos
hac ad Patrē dicere. Et post, τὸν δὲ τὸν χυδαῖον καὶ τὸν κάστρον πε-
πλόν των αἰγαίων, ἀλλὰ τοι μὴ διδούσας μοι. Non igitur pro quibuslibet indifferen-
ter proque iis qui quae mundi sunt sapient, rogo te, sed pro iis quos dedisti mihi.
Πειραυδαῖον, inquit, pro promiscuis, pro omnibus promiscue, nullo habitu di-
crimine.

XVII. Denique, cur non vidisset Caluinus, quod non videre non peruerat Caluino nihilo aut doctiores, aut iudicisiores Papistæ; ut mollissime dicam? Villagudus, Horrendum auditu est, quod Christus, non pro mundo roget, unde mundus in extrema facinora, in mortem, infernum, adeoque eternam damnationem præcepserit. Hic vero supplices rogemus, ne in hac urbe reperiamur, pro qua Christus precari designatur: Ad huius loci cognitionem obseruare debemus duas turbas, unam & illam pusillam, qua verbum Dei habet, idemque exercere deberet, alteram magnam, & numerosam, qua seruit peccato & iniustitia. Paulo post, Verum est, quod orat pro mundo, & non pro mundo. Quomodo bac quadrant? Pro Christianis, & omnibus qui conuersandi sunt, rogat, ut in recta fide maneant in ea proficiant, ac pergant, neque ab ea deiscant, & qui nondum in ea sunt relata priori via, accedant Barradas Iesu, Poteſt mundus hic accipi pro impiis atque reprobis hominibus. Eritque sensus: Non rogo pro impiis, atque reprobis hominibus: sed pro discipulis predestinatis, quos dedisti mihi. Sic Augustinus interpretatur, tractatu centesimo septimo. Arbitror mundum ceteros omnes significare: ita ut indicet Christus hanc rationem pro discipulis tantum ac peculiariter haberi.

XVIII. Secundum locum ex libro contra Hesychium, nusquam reperi: Quanquam nihil habet difficile. Nam illa, carnem pro impiis esse crucifixam, sanguinem pro expiandis peccatis effusum: efficaciam significant, obseruabat Beza certe quidem significare possunt, ne ipsis contradicentibus Papistis. Quod cum ita sit, vel necessario negavit, vel certo bono sensu potuit negare, quod negavit. Et inde cur calumniis, petatur, qui hunc se sensum legitimum admittere alias testatur? Aut quæ causa est, cur non debeat hoc loco, si quid est ambiguus, ex aliis locis dijudicari?

XIX. *Terrium locum in Institutione totidem verbis legi.* Nisi quod
in postrema clausula, fortuito ne an consilio, non facile dixerim : sed omis-
ta tamen est fidei vox, sic enim habet, *Nunc constat fidem singulare esse pater-
ii amoris pignus.* Viderit Beccanus. Ceterum quid hic, quo^{to}, momenti esse
potest ? Dixit Caluinus, si Deus omnes homines saluos vellet, custodem il-
lis praeficeret Filium, & omnes in eius corpus insereret. Quid tum, inquam?
Ergo ne negavit Christum pro omnibus sufficienter mortuum, Negatur
consequens. Nam ego quidem video, Caluinum confidere nolle Deum o-
mnes homines saluos esse, sed non esse tamen pro omnibus mortuum sal-
tem sufficienter, hoc vero non sequitur. Nam hoc modo etiam pro iis mor-
tuis est, quos Deus non vult esse saluos.

XX. Superest Beza. Negauitis quemquam damnari posse, cuius expiatio sint peccata, pro quo Christus satis fecerit. Optime sane, & Catholicice. Nam quorsum expiarentur peccata, si non ad salutem? Porro expiata peccata nulla dici possunt, nisi actu condonata. Neque a sensu pro quoquam satisfactum esse. Itaque utrumque efficaciam significat, non tantum sufficientiam. Nam sufficientia est potentia, non actus hac uidem in controversia. Neque est quisquam tam euersa mentis, qui expiatio dicat peccata, pro iis quae potuerunt expiati. Aut satisfactum esse, pro consciencia posse. Recepit igitur Beza.

C A P . V.

C. A. P. V.
Status Controversiae de efficacia mortis Christi.

I. **A**ltera quæstio erat, an sit contra fidem, Christum pro solis electis efficaciter mortuum. Nos negamus. Quid aduersarii afferunt-ne? Ipsi videntur. Certe Feuardentius non veretur hæc Smidlini verba in Bezam & regitare, & à iusta indignatione orta laudare, Non ideo damnantur.

exitio eterno adiudicandi, quod peccaverint: alios quoque omnes electi damnantur: sed quia nolunt vera fide (addit Feuardentius, ut intelligas non improbare, & matura pœnitentia) amplecti Iesum Christum, qui non minus pro ipsorum peccatis passus, crucifixus, & mortuus est, quam pro peccatis Petri, Pauli, & omnium Sanctorum. Quæ verba eiusmodi sunt, ut excusari nequeant, & significant non sufficienter tantum, sed etiam efficaciter pro impiis Christum esse mortuum: nimis ut ne dammentur propter alia peccata, præter infidelitatem. Quod si est, tum omnino necesse est confiteri, omnia illa peccata per mortem Christi non tantum condonari posuisse, quod nos fatemur, sed etiam auctu, vereque esse condonata, & plenè expiata: quod nullo praetextu ferre possunt aures Catholicae.

II. Nec longè hinc abire videtur Becanus, qui triplici sensu verum esse dicit illud, Christum pro omnibus esse mortuum. Primo, quia suscepit causam totius humani generis. Secundo, quia tam cumulata sunt ipsius merita, & satisfactio, ut sufficient pro omnibus. Tertio, quia neminem ipse excludat à suis metitis. Quæ quo diligenter examino, hoc altius subiectum vleus. Nam cur secundus modus non fuit satis, qui sufficientiam significat? Aut quid est, causam suspicere humanæ naturæ? quid item neminem excludere: si sunt aliud ab ea sufficientia? Certe aut malè *ad nos pœnitentiam* sufficientia & efficacia: aut ad efficaciam pertinent hæc duo, si diuerſa sunt à sufficientia: quæ significat ut secundo loco. Deniq; Christum neminem excludere à suis meritis, hoc vero falsum.

III. Rursus Windel c. 14 statum quæstionis concepit his verbis, Christum ex eterno proposito suo, & Patris, pro omnibus omnium hominum peccatis in atra Crucis perlitasse. Hic vero, & eternum propositum, & illud perlitasse, momentum habent. Nam eternum propositum, ut alias monui, efficax est: & perlitasse, nunquam dictum, nisi de actu perfecto: ut apud Ethnicos, perlitatille, non qui hostias idoneas haberet paratas, sed qui bona hostias maestasset, & secundum votum. Nonius Marcellus, *Sacrificare, est veniam petere. Litare, est propitiare, & votum impetrare.* Itaque non tantum Christus dicitur sacrificium obtulisse pro impiis, verum etiam reapse Deum effecisse impiis placatum, & benuolum.

IV. Neque hoc tantum: sed etiam Clasle tertia, Christum in atra Crucis pro singulorum hominum salute perlitasse: & Clasle septima, eluisse virus leui Draconis, & yniuersas ciuis imperii vires confregisse, in libertatem asserto omni generuhumano. Quid? quod Clasle undecima ita proponit pro reprobis Christum mortem pertulisse, ut per partes explicet: Nonnullos per Christum libro vita consignatos, deleri posse & damnari; & saepe reprobis per poenitentiam, merito Christi dimitti peccata?

V. His omnibus tam duris, tam *ad eoꝝ 29* fatemur assensum præberi non posse. Et hanc quæstionem ita explicamus. Ut mortis Christi efficaciam ad solos fidèles, siue maiis prædestinatos restrigamus, hoc sensu: ut eris *quæcumq;* sit vere *ad eoꝝ 29*, per se potens, & omnium & singulorum hominum peccatis purgandis, expiandisque, tamen re vera Electorum duntaxat peccata purgant & expiarunt. Idque non hoc tantum sensu, vt nunquam vilis reprobus saluandus fuerit, aut etiam saluandus sit: sed ut ne particeps quidem factus illorum beneficiorum, quæ per se vera sunt & certissima media ad salutem: quales sunt, reconciliatio, remissio peccatorum, iustificatio. Et si quod aliud vocabulum est, quo illa significari soleant aut possint beneficia. Quod diserte notamus, quia sunt quædam beneficia à Deo in homines, communia tum reprobis, tum electis: quæ non negamus etiam propter Christum conferri. Certe resurrectionem yniuersalem inde Paulus assertit, *15 ad Corint. 1*. Ac proinde mortis Christi efficaciam non negamus aliquatenus ciuiam ad reprobos extendi. Sed hæc longe distant ab ea efficacia, qua perlitatum est pro peccatis.

VI. Nec sumus tamen adeo aut in cogitando stupidi, aut in loquendo inepti, ut quod Windekius calumniatur, doceamus sufficientem esse huius victimæ efficaciam pro omnibus singulorum peccatis tollendis: Nam quid inceptius istac *ad eoꝝ 29*? Profecto, si noluit Deus esse sufficientem, omnino necesse est fuisse non sufficientem: & si fuit sufficientis, omnino eam Deus voluit esse sufficientem. Non enim potest aliter. Non sumus autem tam barbi, ut quod in hypothesi ponimus, in consequente reuocemus in dubium. Itaque nos potius, ita loquimur, sufficientem esse efficaciam huius victimæ pro omnibus singulorum peccatis tollendis, quia Deus voluit, ut omnibus saluandis sufficeret.

VII. Nec vero Beza verba calumniatori ansam dederunt, tanta incognitiae nobis imputandæ. Quid enim Beza? Fatiemur tanti esse hanc oblationem, ut potuerit pro infinitis mundis, si tot essent, satisfacere: nedum pro singulis hominibus vnius: si Deus eorum omnium voluisse misereri, & pro omnibus Filium misisset: Hic vero, ut fatear hypothesis non male relatam à calumniatore: at certè consequentis, quis non vider alteratam vim fuisse? Nō enim idem, Si Deus voluisse esse sufficientem, & si Deus vellet omnium misereri. Nam hoc posterius non sufficientiam designat, sed efficaciam. Quomodo si dicarem, solem sufficere omnibus illuminandis, si omnibus essent oculi: non idem dixerim, ac si dixerim, solem sufficientem fore, si sufficiens esset. Nimis Windekius nimia iræ potentia dilatus est in calumniantium ordinem.

C A P. VI.

Locorum Scriptura, pro Redemptione omnium,
prima classis.

I. Argumentum Papistarum, pauca Becanus habet: pauca Feuardentia. Sed multa Windekius in prolixa illa, & nimis quam virulenta, sed certè inerudita, & importuna controværsia de efficacia mortis Christi. Incipiam à locis Scripturæ, quos disertos esse putat: aliter tamen distributos ad compendium disputationis: nam ille affectauit Classem multiplicatarem: ego vitabo.

II. Mihi ergo prima Classis esto, eorum omnium locorum, qui dicunt Christum pro omnibus venisse, siue passum esse, siue redemtionem obtulisse. Hi enim mihi omnes vnius sunt generis, quia vis argumenti eadem

Tom. III.

est in omnibus. Si quid est peculiare, instantia docebunt. Post. ad Corinth. 5. Si unus pro omnibus mortuus est: ergo omnes mortui sunt: & pro omnibus mortuus est Christus: ut & qui vivunt, iam non sibi vivunt, sed ei qui pro ipsis mortuus est & resurrexit. Ad Hebr. 2. Ut gratia Dei pro omnibus gaudet mortem. Ad Rom. 8. Qui etiam proprio Filio non pepercit: sed pro nobis omnibus tradidit illum: quomodo non etiam cum illo omnia nobis donavit? Prior. ad Timoth. 2. Qui dedit redemtionem semetipsum pro omnibus. Prim. Ioann. 2. Ipse est propitiatio pro peccatis nostris: non pro nostris auctern tantum, sed etiam pro totius mundi. Ad Coloss. 1. In ipso complacuit omnem plenitudinem inhabitare: & per eum reconciliare omnia in ipsum: pacificans per sanguinem crucis eius: siue quæ in terris, siue quæ in caelis sunt. Ad Ephes. 1. In quo habemus redemtionem per sanguinem eius remissionem peccatorum, secundum beneplacitum eius, quod proposuit in eo, in dispensatione plenitudinis temporum, instaurare omnia in Christo quæ in caelis & quæ in terra sunt. Ioann. 12. Ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum.

III. Sed hæc ridicula & nugatoria disputatio est: Esi enim sciat Sophista, quæri, non vtrum pro omnibus sit mortuus Christus: sed quomodo quoque sensu: tamen illud concludit: hoc vero negligit. Itaque uno verbo mihi solutio constat: intelligendos eos omnes locos de sufficientia, non de efficacia. Nec solus dixero. Caietanus in illum ex post. ad Corinth. Quantum ad sufficientiam unus pro omnium salutem mortuus est. Thomas in alterum ex 1. ad Timoth. sed citato etiam altero ex prima Ioannis, Pro peccatis nostris: pro aliquibus efficaciter: sed pro omnibus sufficienter: quia pretium sanguinis eius est sufficientis ad salutem omnium: sed non habet efficaciam, nisi in electis, propter impedimentum.

IV. Lyranus in illum ad Corinthios, Pro omnibus mortuus est, scilicet Christus, pro salute omnium, quantum ad sufficientiam. In 2. ad Hebr. Et dicit pro omnibus, quia licet eius efficacia non se extendat, nisi ad iustos, eius tamen sufficientia extendit se ad omnes. In 2. prior. ad Tmot. Unus qui passus est pro salute omnium, quantum ad sufficientiam, non tamen quantum ad efficaciam.

V. Lombardus in 2. ad Corinth. Si unus, scilicet si solus sufficientis sine omnibus legalibus mortuus pro omnibus est. Vel ita: si unus pro omnibus, id est, si Christus quantum ad se, pro omnibus mortuus est, et si omnibus non profuit. Dominicus à Soto 8 ad Roman. Quia non solum pro prædestinatis in quibus obtinuit efficacia sua passionis: verum quantum ad sufficientiam pro omnibus peccatoribus, peccatisque, ut ait Ioannes, totius mundus passus est.

VI. Erhi quidem diserte distinguunt: sed & isti aequivalent. Ambrosius in 1. ad Timot. Saluator moriens passus est contra ius, ut descendens ad inferos mortem, & se impetraret, quam in eo gesserat, damnare auferens ei quos tenebat: ut de caelio, quisquis eius signum haberet, ab ea teneri non posset. Anselmus, Pro omnibus: nullum excipiens, qui vellet redimi ad saluandum. Nam hæc phrases indicaret hoc beneficium non pertingere ad omnes promiscue; sed actu restringi ad aliquos, nimis qui habent signum, qui volunt redimi. At si efficaciter omnes essent redempti: etiam actu: ideoque nemo exciperetur. Si autem nemo exciperetur, unde hoc phraso non genus.

VII. Nec vero magis vrgent, qui loci omnia dicunt, non omnes. Maldonatus in Ioan. 12. Caussam vestigemus, quamobrem potius dixit omnia, quam omnes: non, ut opinor, quod aliud hoc, quam illud sit. Nam neque omnes, neque omnia, aliud significat, quam omnes homines, qui Diaboli seruitute oppresserant. Ideoque Ianus ita explicat, ut alii superiores locos. Notat Augustinus non esse dictum, Omnia traham: sed, Omnia traham, ut non ad universitatem hominum illud referatur: quia non omnium hominum est fides, sed ad creatura integratatem, hoc est, Spiritum, animum & corpus: ut significentur omnia, quæ sunt in homine trahenda, in obsequium Christi. Grace tamen legitur omnes, quod intelligendum est dictum distributione generica, aut de electorum, & prædestinatiorum numero: quemadmodum & nostram electi, inquit Augustinus, docet intelligi posse dicens, Aut si omnia, ipsi homines sunt intelligendi, omnia prædestinata ad salutem possumus dicere: aut certè omnium hominum genera secundum innumerabiles differentias, quibus inter se, præter sola peccata distant.

VIII. Quanquam non desunt, qui in 8. ad Roman. obseruant, non simileiter pro omnib. dictū, sed contractius pro nobis omnibus: i.e. electis, inquit Caietanus. Ut sit locus intelligendus quidem de sufficientia potius quādo sufficientia: sed non vniuersaliter. Et eo contextus inclinare videtur. Qui proprio Filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eum, qui non etiam cum eo omnia nobis gratificabitur? Idem enim in secundo membro, qui in primo, designantur: arqui in secundo manifeste soli electi: quibus solis omnia gratificatur Deus: non enim etiam reprobis.

IX. Windekius instat contra vtramque solutionem: & illam communem oībus locis, & hanc peculiare 8. ad Roman. Vtrumque ordine consideremus. Instantia illa est ex locorum circumstantiis: eaque triplex. Primo enim, Pauli thesin, Orandum pro omnibus; probari. Quia Deus vult omnes saluari, atque ad agnitionem veritatis venire. Hoc ipsum, quia unus sit Mediator, qui se redemptionem obtulerit, Quare, sic intelligendū, pro omnibus redemptionem oblatam, quomodo omnes homines Deum velle saluos. Athoc non de fidelibus solis, sed & de infidelibus intelligendum, patet, quia pro omnibus orandum, non tantum fidelibus: sed etiam infidelibus, perfequentibus Ecclesiam, quales tunc Reges erant, & magistratus. Confici ergo Christo redemtionem fuisse pro omnibus etiam infidelibus.

X. Respondeo, nihil probati: non enim queri, vtrum pro omnibus efficaciter-ne, ut omnes illi singuli, re & actu fuerint redempti: an vero sufficienter: ut quanquam non a cœli redempti, tamen redimi potuerint. Hoc probari concedo, quod est extra controveriam: hoc nego, in quo est, *τὸν εὐαγγέλιον*. Enimvero hoc certum est, eodem sensu oblatam esse redemtionem, quo sensu omnes Deus vult setuari. Eſe autem hos omnes tum fideles, tum infideles, Deum velle re & actu saluos esse. Nam Caietanus, Non est hic speculativa Theologia, sermo de Voluntate beneficiti, de qua scriptum est, omnia, quæ volunt Dominus, operatus est, in celo & in terra: & quod voluntati eius nemo potest resistere: ut clare patet ex eo, quod videmus, non omnes homines ad agnitionem veritatis venire. Sed est sermo de voluntate signi, qua Deus proponit omnibus hominibus præcepta salutis, doctrinamque Euangelicam: & illis imputatur qui nolunt venire ad agnitionem veritatis, & nolunt salutis fieri, de qua scriptum est, quoties volui congregare filios tuos, & noluiſti.

L 3

XI. Aqui-

XI. Aquinas paulo aliter, *Velle ponitur quandoque pro voluntate beneplaciti: quandoque pro voluntate signi. Pro voluntate signi, vult salvare omnes, qui omnibus proposuit salutis precepta, consilia, & remedia. Pro voluntate beneplaciti, sic exponi potest, quoniam modis. Vno modo, ut sit loquatio causalis, sicut Deus dicitur aliquia facere, quia facit alios illud facere, sicut ad Rom. 8. Spiritus postulat, id est, postulare nos facit. Sic ergo Deus vult, quia se, facit suos sanctos velle quid omnes salvi fiant: hoc velle non debet esse in sanctis, quia nesciunt, quia sunt predestinati, & qui non. Aliquando, ut sit distributio a comoda, id est, omnes qui salvabuntur, quia nullus salvatur, nisi per voluntatem eius, sicut in una schola magister docet omnes pueros huius ciuitatis, quia nullus docetur nisi ab eo. Alter modo, ut sit distributio pro generibus singulorum, non pro singulis generum, id est, nullum genus hominum excipit a salute, quia olim tantum Iudei: sed modo omnibus prebeat. Ethoc magis facit ad intentionem Apostoli. Alter vero modo secundum Damascenum, ut intellegatur de voluntate antecedente, non consequente. Hac Thomas, & nonnulla praeterea, ad hanc postremam distinctionem explicandam, Vno peccatis, quod hunc quartum modum referat ad voluntatem beneplaciti: quasi ea distinguatur in antecedente, & consequente: cum tamen agnoscant Scholastici, antecedentem esse voluntatem signi, consequentem vero beneplaciti. Sed rectamen in eo a nobis est, quod si omnes intelligas, resonat, tum locum intelligentium velit, de voluntate signi. Si autem intelligas de voluntate beneplaciti, tum negat omnes ponit absque ulla exceptione.*

XII. Hinc Windekius, primo gratulatur nobis, quod autoritatem Scholasticorum, haec tenus despiciuntur habitam, nunc tandem nobis honori, præsidio, laudi, ducere non vereamur. Secundo, frusta hoc patrocinium comparati, nisi vna cum vocabulis sufficiens & efficacie rem ipsam demonstremus. Nam Scholasticos, docere pretium passionis dominicæ in hunc modum pro omnibus hominibus esse sufficiens: ut vniuersis, nemine occulto consilio inde secluso, præparatum sit, & ordinatum: ita ut si eius applicatione, & effectu priuenter reprobi, eorum culpa seu obdurate accideret necesse sit.

XIII. De autoritate Scholasticorum, nūgā. Nam nos nec unquam eos ita despeximus, ut nobis nullo visu esse voluerimus, qui ne Ethnicos quidem inutiles esse patimur, & quod hic dicimus, non tam ab his est, quam à re ipsa. Autoritatem vero, apud nos nullam esse patimur: sed eam ut magnam, imo minimam videmus apud aduersarios: ita illis libenter obiciimus. Quomodo Paulus 1. ad Titum, *Dixit quidam ex ipsis, proprius ipsorum propheta.*

XIV. Secundo, nos non vocabula tantum, sed etiam sensum verum, & sumum usurpamus eius distinctionis: qui sensus est, Deum velle omnium salvarem tantum voluntate signi, ast aliorum duntaxat, voluntate beneplaciti: & horum quidem predestinationum, sive electorum. Sic Thomas differre, velle sanctos saluari omnes, quia nesciunt, qui sunt predestinati, qui minus, & mortem Christi non habere efficaciam, nisi in electis. Quod si ita est, certe necesse est agnoscere occultum decretum: nullum enim aliud est Electionis, predestinationis. Nec vero contraria sunt, occulto consilio secludi, & priuationem accidere eorum culpa & obdurate, qui secluduntur, ut alias disputarum est.

XV. Secunda Windekii instantia: Si Christus aliquos tantum reconciliasset: tantum pro iis Apostolus orate iuberet. At hoc falsum: ergo & illud.

XVI. Respondeo, negari consequentiam. Ratio: quia quorundam reconciliationi pertinet ad voluntatem beneplaciti, at haec non est norma actionum nostrarum: sed altera illa, qua signi dicitur. Itaque quia haec ad omnes spectat, merito ex ea illud elicetur, quod ad nostras actiones pertinet, nempe orare pro omnibus.

XVII. Tertia instantia. Ioannes, quos à peccato dehortatur, eosdem propitiationem per Christum sperare iubet. At omnes Christianos, quorum ita imero multi sunt non electi, imo omnes homines à peccatis dehortari. Ergo omnibus iisdem offert Christi passionem.

XVIII. Respondeo, hoc quoque frustra dici: quia neque iubere sperare propitiationem, neque offere Christi passionem, ad thesim nostram pertinent. Sunt enim haec partes ministerii externi, cuius regula est, voluntas signi, non autem beneplaciti. Quia igitur gratum est Dōcō omnes tendere ad salutem, ideo eisdem omnibus offerti gratiam, qua peruenitur ad salutem, gratum est. Neque tamen ideo decretum, singulos peruenire ad salutem.

XIX. Superest instantia ad peculiarem solutionem loci ex 8. ad Roman. ex iis verbis *pro nobis omnibus.* Hic vero constrictos nos tenet Windekius. Intelligentum enim Paulum esse, aut de omnibus hominibus: aut salem de omnibus Romanis. Si de omnibus, habet quod querit. Si de Romanis: at in eorum numero erant nonnulli, quibus, cap. ii. minatur, nisi in obedientia maneant & fide, non minus excidendo esse, quam Iudeos: unde constat, incertum fuisse Paulo, utrum essent predestinati: & tamen affirmat pro eorum salute traditum esse Filium.

XX. Atqui haec profecto re a sunt *παχύνα.* Primo dilemma non est necessarium: potuit enim nec de omnibus hominibus, nec de omnibus Romanis loqui: sed de quibusdam hominibus, & quibusdam Romanis. Probatur, qui statim, *omnia nobis gratificabitur:* quod nec de omnibus hominibus, nec de omnibus Romanis potest intelligi: sed quibusdam tantum, indefinite tamen designatis. Quomodo. 4. ad Romanos, *Abraham, qui est Pater noster in nobis, omnium nostrum,* neque de omnibus Romanis, neque de omnibus hominibus est verum.

XXI. Præterea, in secundo membro nulla vis est: tum, quia non concluditur quod est in questione, scilicet, utrum illud nobis, electos significet, an non: sed duntaxat, non fuisse Apostolum certum de omnium electione. Quod quidem, ut certissimum, ita nihil ad rem: quia veritas doctrinæ, non est metienda ex cognitione, ignoratione ne alienæ electionis: sed à re ipsa potius. Ad hanc, ipsæ etiam minæ, non minus quam promissiones propoundingere electis. Argumentum certum: quia omnibus promiscue: inter quos etiam electi. Imo Paulus ipse sibi, prioris ad Corinthios nono, *Subigo, inquit, corpus meum, ne quomodo, cum aliis prædicauerim, ipse reprobus*

siam. Quum tamen sua prædestinationis esset certissimus, etiam per regulationem, ut volunt Papistæ.

C A P . VII.

De Mundo & Gentibus.

I. Altera mihi Classis erit locorum, qui beneficium mortis Christi, a mundo applicant. Ioann. 1. Ecce Agnus Dei, qui tollit peccatum mundi. Et 6. Panis quem ego dabo, caro mea est, quam ego dabo pro mundi vita. Tertio, Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret, ut omnis qui credit in eum, non perireat, sed habeat vitam eternam. Posterioris ad Corinth. 5. Deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi, non reputans illis delicta ipsorum. Et posuit in nobis, verbum reconciliationis. Ioan. 12. Non veni, ut iudicem mundum: sed ut saluiscem mundum. Ioannis 4. Ipsa audiuius, & scimus, hunc esse Seruatorem illum mundi Christi, Primæ Ioann. 4. Testatur Patrem missum Filium, qui esset servator mundi.

II. Etsi, inquit, in Sacra Scriptura varie occurunt mundi significaciones, tamen, haec est omnium visitissima, ut pro vniuerso genere humano sumatur. Non mirum igitur, si hoc loci eundem habeat sensum. Sic Matthæi decimo tertio agrum ferentem frumentum & zizania Christus appellat mundum. Sic ad Romanos quinto, *peccatum in hoc mundum intravit.* Matthæi vigesimo sexto, *Prædicabitur Euangelium in toto mundo.* Marci decimo sexto, *E res in mundum vniuersum prædicare,* Ioannis decimo tertio, *Ego sum lux mundi.*

III. Respondeo, negari consequentiam: Primo, quia est à puris particularibus. Non enim haec vñica est mundi significatio: sed, fatente Sophista, vna inter alias. Debuit igitur probare nullam aliam his locis conuenire.

IV. Secundo, quum Mundus sumitur pro vniuerso genere humano, dicimus hoc ipsum fieri dupliciter: vel vniuersaliter, vel indefinite. Vniuersaliter, scilicet, cum nulla admittitur exceptio: ut cum & peccatum, & mors dicuntur in mundum venisse. Indefinita vero, quum vniuersali nomine non omnes ad vnam partes includuntur, sic tamen ut nulla etiam nominatum excludatur: ac tamen ad veritatem dicti sufficit pars indeterminata. Exempla Matthæi decimo septimo. Dixit Iesus, *Festurum est ut Filius hominis tradatur in manus hominum.* Singulorum-ne? Falsum, sed aliquotum. Decimo nono, *Relinquet hominem & Matrem, & agglutinabitur uxori sua.* Nullo-ne excepto? Non admittant Monachi. Duodecimo, *Daniel ingressus domum Dei panes propositionis edit: nimur eos dumtaxat, quos tum reperit. Qui visus & in mundo. Ioannis septimo, Patescit te ipsum mundo, id est, Iudeas, qui erant pars mundi. Duodecimo, *Mundus post eum abiit, id est, Iudeorum multi.**

V. Nihil est iam difficile: nam istis omnibus locis dico mundum, non vniuersaliter intelligentium, sed indefinite. Hoc sensu, Christus est Seruator mundi, quomodo Marci primo, *Simon & Andreas pescatores hominum.* Paulus prioris ad Timotheum secundo, *Doctor Gentium:* etiam si neque illi pescatores sunt omnes homines, neque iste docuerit omnes gentes. Eodem sensu, & tollit peccatum mundi. Et dat carnem suam pro mundi vita: & reconciliat sibi mundum, & reliqua omnia.

VI. Probatur hic sensus, Primo ex Ioannis 3. Cum enim dixit Christus, *Sic Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum dederit: tum statim addidit, ut omnis qui credit in eum, non perireat, sed habeat vitam eternam.* Nam hic aptero describitur & fructus proueniens ex morte Christi: & simul iis, ad quos is fructus prouenit. Nam si mundus esset vniuersaliter nominatus, & non indefinite: oportuerat dici, ut omnes habeant vitam eternam. At hoc minime: sed ut omnis qui credit in eum: coegerit vniuersalitatem. Et consonat Angelus, Matthæi primo. Et vocabis nomen eius Iesum: ipse enim seruabit populum suum ex peccatis ipsis, id est, inquit Carthusianus, *omnes electos peccato bonos, id est, in se credentes,* inquit Thomas.

VII. Eadem ratione, Ioannis sexto, cum se dixisset Christus esse pacem vita, subdidit: *qui venit ad me, nequaquam erit, & qui credit in me, non sities inquietum.* Et rursus, *Ego sum panis vivificus, qui è cibo descendit: si quis ederit ex hoc pane, vivet in eternam.* Et duodecimo. Non veni, ut condemnem mundum, sed ut seruem mundum: *Qui resuscitat me, nec recipit verba mea, habet qui condemnat ipsum.* Nam haec tam omnia, tum singula, aperte clamant generale illud mundi, non esse nominatum *και τινας, id est, εις αυτον.*

VIII. Conuiciunt & interpres. In primam Ioannis, Franciscus Lucas. *Quanquam vero multi in mundo & sibi fuerint, quorum peccata & in non auferat: tamen ut multorum peccata auferat, ita valet auferre omnium.* Ianuenius Concordiae capite decimo sexto. *Verum quomodo peccata, vel peccatum mundi tollit, cum in multis hominum millibus peccatum adhuc dominetur?* Ex predictis sane questio ista dissoluitur. Non enim tollere dicitur peccata, vel peccatum totius mundi ab actu: sed quomodo herba aliqua dicitur mederi huic vel illi morbo: videlicet quia per ea quae nostri caussa perculit, obediens patri usque ad mortem solus idoneus est, vniuersa nostra peccata abolare. Maldonatus, *Bene autem a quibusdam ex Chrysostomo notatum est: Euangelistam non dixisse, qui tollet peccata mundi, presenti & vim tempore, ut non actu, sed vim naturalem significaret.* Nam hi distinguentes actum à sufficientia sue potentia, latus ostendunt, non esse mundum ita intelligentum, ut pars nulla excipiatur. Simil etiam Windekii temeritatem comprimit afferentis agi his locis, de Consilio, Actu, Decreto Dei Patris.

IX. Non deserit se tamen Windekius: & habet argumenta quibus se fulciat. Primum. In Scriptura tres reperiunt principias Mundi significations. Primo, ut designet opificium, seu machinam cœli & terræ. Secundo, promiscuam, & vniuersam humani generis multitudinem. Tertio, impiorum turbam, qui repudiata salute, & suorum peccatorum remedio, obstinate in peccatis moriuntur. At quartam acceptationem, pro saluandorum & electorum numero, nullam ostendi posse.

X. Respondeo, Primo, posse concedi quicquid hic assertur. Neque enim

Enim beccesse est quattam acceptationem querere, cum sufficiat secunda: quādūquidem certum sit vniuersa humani generis multitudinis partem esse in piorum turbam Itaq; restare alteram, piorum, & electorum. Sicut ergo illa, sic etiam ista, potest mundi nomine significari: & eo quidem magis, quod ei conuenit, etiam qua corruptionem naturā significat, quæ piis & electis communis est cum impiis & reprobis.

XI. Secunde, dico etiam quattam illam significationem occurtere; pro parte illa mundi, quæ non repudiat salutem, neque in peccatis obstinate moritur. Ad Roman. 4. Non enim per legem promissio cessit Abrahæ, aut semini eius, ut hares esset mundi, sed per iustitiam fidei. Ioann. 17. ut credat mundus, me à te missum esse. Ad Romanos 11. Iudæorum ruina est opulence mundi. His enim tribus locis, manifestum est, mundum non significare eos, qui salutem respouunt, & moriuntur in peccatis; nam hi neque pertinent ad hæreditatem Abrahæ, Patris omnium creditum: neque vero credunt Christum missum esse: neque ex Iudæorum ruina, quicquam ad eos redit emblemum.

XII. Nec mouent me ad hos locos Windekij instantiae. Ad primum: per mundum intelligi omnes gentes: iuxta illud Genes. 12. In te benedicentur omnes gentes. Itaque neminem ex omnibus gentibus Deum ab hac benedictione excludere. Ad secundum: mundum sumi quidem procrederatibus, & reprobis: at non pro solis prædestinatis. Multos autem fideles non esse in electorum albo. Probat: quia Ioann. 16. discipuli agnoscunt se eredere in Christum. Et tamen decimo quinto, eodem Christus se projectum minatur, si defecerint. Ad tertium: Dicitas mundi, ut in primo, esse diuitias omnium gentium & populorum terræ, quia ab iis ingressi Apostoli, iussi sunt vniuersæ creature prædicare.

XIII. Enimvero concedo in primo & tertio loco, mundum intelligi gentes & populos vniuersaliter. Sed consequentiam dico esse absurdam, quæ inferat: Ergo neminem excludi. Quia nemo, non ad gentes refertur, sed ad Gentium individua capita, de quibus etiam nostra iustitia est disputatio. Atqui eo ipso, quod Paulus dixit, Abraham patrem creditum, quomodo etiam non separat eos, qui secundum carnem, ab iis qui secundum fidem, ostendit non esse patrem omnium: sed aliquos inde excludi. Quod ipsum clarius est in postremo loco. Quia Iudæorum ruina, opponitur mundi opulence. At non potest vila ratione, mundus intelligi, & absque exceptione, supposita Iudæorum ruina, qui ipsi sunt ex mundo, quatenus mundus complectitur & fideles, & reprobos.

XIV. Iam secunda etiam instantia est inepta. Mundus, inquit, pro credentib. & reprobis. At non omnes fideles in electoru albo. Quid hoc est, inquit, monstru? Si non in Electis: ergo in reprobis: & quomodo igitur mūdus pro credentib. & reprobis? aut quæ huius distinctionis ratio? Deinde, quid tum, concedamus aliquos fideles in reprobis, hoc n. puto velle, cū qui dixit, multi fideles non sunt in electoru albo. Sed an contra idem omnes reprobis sunt fideles, sunt credentes? At si hoc non sit verum, nihil promovet Windekius. Ratio, quia nō nominavit Christus nō electos, siue reprobos, in quibus ille contendit esse credentes: sed mundus. Ut mundus, inquit, credat. Si igitur non omnes reprobis credant, non est nominatus hic mūdus pro credentib. & reprobis: ac proinde nec pro toto mundo: sed duntaxat pro ea mundi parte, quæ credentes complectitur.

XV. Id tamen concedendum non est, multis fideles non esse in albo prædestinatorum. Nisi forte credendi vocabulo, & fidelii, intelligatur duntaxat externa professio. Nā alias, pro rei veritate si sumas, id est, pro iis qui vere credunt, & vere fideles sunt, tū nullus eorū non est in electoru albo. Quia dona Dei sunt apud ipsam, II. ad Rom. At discipulis Christus minatur abiectio: fateor. Sed nego consequentiam: eos igitur non frustra electos, nam ēt electis proponuntur, & profunt mina huiusmodi, ut alias diximus, cū de prædestinatione ageremus.

XVI. Alterum argumentum Windekij. Si 2. ad Corinth. 5. Paulus, voce mundi, solos prædestinatos designaret; ergo paulo post non hortaretur Corinthios, ut Deo reconciliarentur. Ratio consequentiae. Quia frustra hortaretur: quia prædestinati possunt excidere.

XVII. Respondeo: negari consequentia: Negatur etiam frustra esse hortationes apud eos qui sunt prædestinati: quantumvis certum, excidere non posse. Quomodo eti numerati sunt capilli nostri, & certum nos & tum mortuiores, cum Deus volet nec ante: tamen & vtimur, & necessario vtimur cibo potuque. Sic Israelite, ut occuparent terram Chanaan sibi destinatam, vñi sunt armis. Sic in vniuersum Prædestinationis decreta implentur etiam per media ordinaria.

XVIII. Tertium argumentum. Paulus duplē reconciliationem innuit. Vnam generalē, qua Deus per Christi mortem meritorie, & impetratorie, vniuersum genus humanum sibi conciliauit, non imputando eis peccata sua. Alteram specialem, & actualem, eorum propriam, qui prioris meritum sibi per fidem, & viuam charitatem applicarunt. Probatur distinctione. Quia si actualiter omnes, pro quibus Christus victimam se immolauit, participant de iustitia Christi, & eam non possunt amplius amittere, cur paulo ante iussit eos Deo conciliari? Aut faciant Apostolum secum pugnare aduersarij: aut nobis distinctionem, quam erimus, concedant necesse est.

XIX. Respondeo, negari reconciliationis distinctionem. Re vera enim vñica est conciliatio, ad Hebr. 10. Vna oblatione, consecrauit in perpetuum eos qui sanctificantur. Et re vera vñam agnoscit Paulus, illam ipsam quæ sufficienter est vniuersalis, sed efficienter, & applicative, ut ita loquar, fit particularis. Imo vero magis vere: vñica reconciliatione particularis, non potest enim nisi improprie vila esse vniuersalis, sed vniuersaliter tamen omnibus propria. Ista ergo specialis, & actualis, non alia est, quam illa ipsa, quam Deus per Christi mortem meritorie, & impetratorie proposuit. Id ipsum orationis Paulinæ filum indicat. Thomas certe distinguit in hunc modum, ut & Paulo significetur Dei beneficium, tum beneficij vñus. Beneficium, alterum commune, reconciliationis ad Deum, alterum speciale, Apostolis collatum, ut essent ministri huius reconciliationis. Potro beneficij vñus ab iis verbis, Pro Christo legatione fungimur. Et quidē primo eius quod ad Apostolos specialiter pertinebat: deinde alterius, quod est commune, in his verbis, Obsecramus pro Christo. Et hic primo inducere ad vñus: secundo

ostendere, vnde adhuc nobis facilis ad eum vñus: ibi, Eum, qui non nobis erat peccatum, pro nobis peccatum fecit, ut noſ efficeremur iustitia Dei in ipso. Et tibi Angelicum doctorem, quatuorius rimantem omnia & singula, vñicam tamē reconciliationem obleruantem, non duas. Dehortatione ad reconciliationem, diximus satis.

• XX. Quartum argumentum: Per peccatum mundi, Ioann. Augustinus, Beda, Glossa ordinaria, & alij Orthodoxi Patres, intelligunt originalem culpam. Hæc vero omnes homines infecit. Ergo nomine mundi, recte accipi potest, ac debet, omne gehus tam reprobatur, quam prædestinatur.

XXI. Respondeo, negari consequentiam. Nam, ut de ceteris nihil dicam: certe ab infantibus mortientibus, omnibus peccatum non tollitur originale. Alioquin infantum nullus damnaretur, nullum habentium peccatum, præter originale. At hoc falsum est. Etsi ergo verum, peccatum illud mundi quod Christus tollit, omnes homines infecisse, immo etsi verum, ideo dici mundi, quia omnes homines infecerit, tamen non est vñus, tolli a singulis hominibus, id est, a mundo absque exceptione.

XXII. Quintum argumentum. Interpretes, Chrysostomus, Euthymius, Augustinus, Cyrilus, Glossa ordinaria, per mundum, Ioann. 3. natura vñiversam speciem accipiunt.

XXIII. Magnum vero aliiquid præstas scilicet Windeki, si probes mundum hic intelligi homines. Enimvero periculum fuit, ne ab te esset monitore, stipites includeremus, & flumina, & montes: proq; iis omnibus Christum traditum affereremus. O afanas! Atqui nos non tam tuis interpretibus defemus, quam ipsi rei veritati. Quid tum, vero? Nam natura vñiuersa species, quoties nominatur, nou intelligitur tamen absq; vila individuorum exceptione, ut saepius dicitur.

XXIV. His locis similes isti sunt, Genes. 12. In te benedicentur omnes gentes terra. Esaiæ 49. Deli te in lucem gentium, ut sis salus mea usque ad extremum terræ. Omnes enim gentes, non alio sensu dicuntur, quam paulo ante mundus, indefinite: pro quo quis hominum genere itaque Glossa interlinearis in 22. Genes. omnes gentes terræ, interpretatur prædestinatos de omnibus gentibus. Lyranus autem, Catholicus, inquit, exponunt de Christo, qui de semine Abrahæ descendit secundum carnem: & in ipso benedicentur omnes gentes, id est, aliqui de omnibus gentibus: quia nullus consequitur salutem, nisi per Christi benedictionem. Quāquam quid aliis opus est, cum habeamus Paulum 3. ad Galatas, Prouidens Scriptura, Deum, ex fide iustificatur gentes, ante euangelizavit Abrahæ, Benedicetur, inquit, in omnes gentes. Itaq; qui ex fide sunt, benedicuntur cum fidei illo Abraham. En tibi gentes, non omnes omnino homines, sed eos qui ex fide.

XXV. Nec longe ab his locis absunt isti, eti alio sensu. Lucæ 2. Videbunt oculi mei salutare tuum quod parasti ante faciem omnium populorum. Esaiæ 52. Paratus Dominus brachium sanctum suum in oculis omnium gentium. Et videbunt omnes fines terra salutare Dei nostri. Et 62. Dominus auditus fecit in extremo terra, dicite filia Sion, ecce Saluator tuus venit.

XXVI. Hi vero loci nec de efficacia mortis Christi, nec de sufficientia eius loquuntur. sed de prædicatione, per quam fieri etiam gentib. non inaudita salus Ecclesiæ. Sic Deuter. 4. Legem quam ego proponam hodie ante oculos vestros, hoc est, ita ut videatis, sciatis, cognoscatis eam. Non autem continuo, quod sit in oculis omnium, sive quod prædictatur omnibus, cognosciturque ab omnibus cedit omnibus in vilitatem singulorum propriam. Contra vero ad Roman. 10. Sed non omnes auferuntur Euangelio. Esaias enim dicit, Domine, quis creditur auditui nostro?

XXVII. Quod si quis ramen malit non ad solam prædicationem referre: & vtterius quid indicari, non repugnarim equidem, dum sit hic sensus, propositum esse omnibus Christum, ut per eum possint saluari. Quis enim negat? Stellat in Lucam, Ante incarnationem solum hoc salutare erat ante faciē Israel: quia notus in Iudea Deus, & in Israel nomen magnum eius: sed incarnatus est, ut redimeret omnes, & omnibus notitiam sui præberet: & sic omnes ad se traheret, tam Iudeos, quam Gentiles, ita ut sit distributio accommodata pro generibus singulorum, & non pro singulis generum, sicut in Daniele legim omnes populi tribus, lingua, seruent ei.

C A P. VII.

De Christi victoria.

I. In tertiam classem confero locos, de victoria Christi. Osee, 13. De manu mortu liberabo eos, de morte redimam eos: ero mortua, & mors. Ad Hebr. 2. Vi per mortem destrueret eum, qui habebat mortis imperium. Prioris ad Corinth. 15. Cum mortale hoc induerit immortalitatem, tunc sicut sermo qui scriptus est: Absorpta est mors in victoria. Deo gratias, qui dedit nobis victoriam per Christum. Esaiæ 25. Precipitabit in monte isto facie nō vinculi colligati super omnes populos, & telam, quam orditus est super omnes nationes. Precipitabit mortem in sempiternum. Hos locos, de solis prædestinatis exponere absurdissimum est; inquit Windekius.

II. Hoc idem Christus iucunda docuit parabola, Lucæ 11. de fortis armato custodiente atrium suum; qui cū in armis est, in pace sunt ea, quæ posse sicut. Sin autem fortior eo superueniens, vicerit eum, vniuersa arma eius afferat, in quibus confidebat, & spolia eius distribuit. Christus fortis atrium huīus custodem, alias mundi principem cognominatum, occupato regno inde eiecit, & genus humanum eripuit de potestate tenebrarum, ac translatum in regnum suum. Iaiaæ 9. Iugum onus eius, & virgam humer eius, & sceptrum exercitor eius superasti: videlicet, principem aeris huius, & rectores mundi tenebrarum.

III. Vis argumenti isthac. Christus morte sua vicit Diabolum, peccatum, mortem; ergo omnes redemit. Nego consequentiam. Nam etsi vicerit: non omnibus tamen vicit: hoc est, ita ut omnes exueret a potestate mortis. Alioquin nemo maneret in morte: quod est absurdissimum dictu. Ideo que non est apud Oseam, redimam omnes: sed redimam eos: quæ phrasis non significat omnes omnino homines: sed Ephraim, cui tandem pollicetur remissionem peccatorum. Quid? quod hanc victoriam Paulus non præsen-

tem, sed futuram describit post resurrectionem: cum mortale hoc induerit immortalitatem? At tum, quis nescit non omnes redemptione fructuros, sed multos manulos in morte? Matth. 25. Tunc dicet iis qui ad sinistram: Maledicti, abite à me in ignem eternum, qui paratus es Diabolo, & Angelis eius. Ita quod absurdissimum est huiusmodi locos non de lolis praedestinatis interpretari, contra quam censuit Sophista.

IV. De Parabola apud Lucam eadem ratio est. Sed diserte Toletus. Atrium suum in pace possidebat: quia homines peccato subiugatos habebat, nomine eorum valente ab eius tyrannide se liberare, fortior, hoc est Christus, qui inuadens eum, & vincens a se stultus arma: agnus enim est, qui al stultus peccatum mundi, in quibus damon confidebat se victoriam conquirere contra hominem, proflia eius distribuit: magnam enim hominum partem, quae illius imperio vincitur nebulatur, liberavit: eos, qui in limbo detinebantur, educendo, & plurimos qui in terra illius partem sequerentur, ad se conuertendo, & variis gratia, ac spiritus Sancti donis, munieribusq; implendo. Audi a Iesu, & magno quidem ieiunia, non omnes, sed plurimos, sed magnam partem: ergo, inquam, non propterea non vicit, quia non omnes liberavit: sed quia quos vult liberat, ideo potestissime vicit.

V. His locis & isti vicini, Esaiæ 53. Vere languores nostros ipse rulit, & dolores nostros ipse portauit: & nos putauimus eum quasi leprosum, & percutsum a Deo, & humiliatum. Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter sceleris nostra, disciplina pacis nostra super eum, & luto eius sanati sumus. Ad Colos. 2. Vos, cum mortuis essetis in delictu, & preputio carnis vestre, conuicauit cum illo, donis vobis omnia delicta, delens quod aduersus nos erat Chirographum decreti, quod erat contrarium nobis, & ipsum rulit de medio affigens illud cruci, & expolians principatus, & potestates, traduxit confidemt palam triumphans illos in semetipso.

VI. Respondeo, hos locos & lepios explicare, & superioris illustrare. Nam haec voculae, nos, vos, non significant omnes homines, sed ex omnibus hominibus quoddam: nimium, primo & per se eos qui loquuntur, velad quos fit sermo: & secundo omnes eiusdem conditionis. Ita enim solet. Ad Ephes. 1. Qui benedixit nobis omni benedictione spirituali, in caelio in Christo. Sicut elegit nos in ipso antequam iaceremus in una fundamento. Qui praedestinavit nos, quos adoptaret in filios. En tibi nos, Quos? Omnes ne homines? Minime, nam neque omnibus communis omnis benedictio. Et quomodo eleget, si omnes admisit, nullo excepto? Nos ergo, id est, me, & similes mei, id est, fideles.

VII. Sed instat Windekius: Si quis dubitat, an de omnibus & singulis hominibus Propheta sermonem instituerit, subiungit mox declarationem, Omnes nos quasi ones errauimus, unusquisque in viam suam declinauit, & perfidus Dominus in eo iniquitatem omnium nostrum. Itaque, qui negat pro singularium hominum peccatis Christum peccatum sustinuisse, negabit etiam quodam homines in numero omnium errantium comprehendendi. At hoc falso est: ergo & illud.

VIII. Respondeo, eadem ratione dici hic omnes nos, ut ante nos. Nihil enim necesse est unum latius altero patere. Imo, vniuersalis nota, omnes, coerceri solet & restringi per particularem: Deuteronomij 4. Viuitis omnes vos hodie בְּנֵי Genes. 42. Omnes nos בְּנֵי filii unius viri sumus. Malach. 2. Nonne pater unus est omnibus nobis. Graece paulo aliter πάτερ υἱῶν. Quibus ex locis (nam plures cur colligam?) appetet longe ali oportet dici, omnes, & nos omnes, sive vos omnes. Negatur ergo, de omnibus & singulis Prophetam sermonem instituisse. Nam quod addit, qui negat pro singularium hominum peccatis Christum peccatum sustinuisse: eundem ergo negare quodam homines in numero errantium contineri: hoc vero absurdissime concluditur. Longe enim aliud est in numero errantium contineri, aliud erratorum peccata solutas in Christo fuisse. Quomodo aliud est in agrotis esse, aliud ab Asculapio sanari, aliud inter leposos numerari, aliud ab Eliseo saudari.

CAP. IX.

An Scriptura doceat mortuum esse Christum pro reprobis.

I. Quarta locorum classis, eorum est, quibus doceri putat Windekius pro reprobis, seu damnandis, Christum mortuum oppetiisse. Hoc ipsum probat sex argumentorum & Scripturarum generibus.

II. Primum genus locorum in eam rem disertorum. Ad Roman. 5. Christus pro impiis mortuus est. Omnes autem reprobri impii.

III. Posterior. Petri 2. Fuerunt Pseudoprophetæ in populo, sicut & in vobis erunt magistri mendaces, qui introducent seddas perditionis, & eum qui emit eos απόστολος, Dominum negant, superinducentes sebi celerem perditionem, απόλειμ. Loquitur de reprobis: & tamen emptos pronunciat. Quod intelligendū vel de prædestinatione, i. ultimo effectuali redemptionis termino: vel de presenti iustitia reproborum, qui cum ad tempus redemptionis fructum participant, redempti dicuntur, vel de actu Christi, quo pretium pro iis exposuit, etiā iis applicetur, vel non. At non de primo, secundo ve, ergo de tertio, quod erat in controversia.

IV. Ad Roman. 14. Noli cibis tuo illi mperdere, μὴ διώδευε, pro quo Christus mortuus est. Agi autem de æterna damnatione, patet statim. Qui autem discernit, si manducauerit, damnatus est τούτου εἰς τὸν αἰώνα, quia non ex fide. Similis locus i. Corinth. 8. Peribit δούλεια, infirmus in tua conscientia frater, propter quem Christus mortuus est.

V. Ad Hebrei. 6. Impossible est, eos, qui semel sunt illuminati, gustauerunt etiam donum caeleste, & participes facti sunt Spiritus sancti, gustauerunt nihil minus bonum Dei verbum virtutesque seculi venturi, & prolapsi sunt, rursum renouari ad pœnitentiam, rursum crucifigentesibimet- ipsi Filium Dei, & ostentui habentes. En tibi rursum sibi crucifigentes. Non potest autem iterum fieri, quod semel non est factum. Quare eis crucifixus iam erat Christus.

VI. Ad Hebrei. 10. Voluntarie peccantibus nobis, post acceptam notitiam veritatis, iam non relinquitur pro peccatis hostia: terrible autem quadam expectatio

iudicij, & ignis amulatio, quæ consumptura est aduersarios. Irritam quis facit legem Moysi, sine villa miseratione, diabolus vel tribus testibus moritur. Quanto magis putatu deterior a merei supplicia, qui Filium Dei conculcauerit, & sanguinem testamenti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est. Et Spiritus gratia & cunctumeliam fecerit? Cum nullam aliam expectare possint hostiam, ergo priorem suscepunt. Idem se & reprobos, & sanguinis Christi fructum sensisse demonstrat, dum, sperto eius beneficio, Filium Dei conculcant: dum eiusdem sanguine sanctificati, & a peccatis emundati, cœtu Sanctorum, ac cœlesti adoptioni accenscebantur: dum contumelia afficiunt Spiritum gratia, qui illos illuminauit.

VII. Secundum genus locorum, eorum qui nonnullos per Christum libero vita confignatos, ex eo deleri, & damnari posse docent. Ad Hebrei. 12. Accessisti ad Sion montem, & cœnitatem Dei vincentis, Ierusalem cœlestem, & multorum milium Angelorum frequentiam, & Ecclasiam primis uorum, qui conscripti sunt in cœlo, & iudicem omnium Deum. Vide, ne recusetis loquentem. Si enim illi non effugerunt, recusantes eum, qui super terram loquuntur: multo magis nos, qui de cœlis loquentem nobis auertimus. Ergo Paulus sentit municipes in cœlo adscriptos, iterum excidere posse. Item, hominum vitio fieri, vt non scribantur, aut deleantur de libro vita. Testatur Exodi 32 Apocalypsis 7. Psalm. 68.

VIII. Tertium genus locorum: docentium Reprobos nonnullos participes esse gratia & pretii Christi, i. ad Corinth. 3. Nec nisi quia Dei templum estis: & Spiritus Dei habitat in vobis? Si quis autem Dei templum violaret, disperserit illum Deus. Tempa Dei, & habitacula Spiritus, fideles esse non possunt, nisi per iustificationis sanctificationem, quam Christus profusi sui sanguinis merito prometitus est. Rursus, prioris ad Corinthios 6. & 7. Preteremptis magno, nimisrum sanguine Christi. Rursus tota illa Epistola, fideles in discriminatum sanctificatos, ablutos, & iustificatos compellat, in quorum tamen Ecclesia multis fuisse reprobos, indicat Paulus. Si is, qui frater nominatur, est fornicator, aut avarus, aut idolatria seruens, aut maledictus, aut ebriosus, aut rapax: cum eiusmodi nec cibum sumere.

IX. Quartum genus. Reprobos nonnullos frui Eucharistia, & per consequens merito Christi. Christus dicit, Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradidit. Nunc vero etiam reprobis sumunt corpus Domini. Prioris ad Corinth. 11. Qui bibit & manducat indignus, iudicium fibi manducat, & bibit, non diuidicant corpus Domini. Tum autem, inquit Augustinus Epist. 162 tolerat ipse Dominus Iudam Diabolum, sicut acceptare inter innocentes discipulos, quod fideles non erunt esse pretium nostrum.

X. Quintum genus. Reprobos nonnullos per baptismi gratiam participare de merito Christi. Ad Romanos 6. Quicumque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. At inter baptizatos multi reprobos. Similis locus i. Petri 3. Vos nunc similis forma & salvo facit baptismus.

XI. Sextum genus. Multis reprobis dimitti peccata testantur exempla Scripturæ, & humanae vitæ innumeræ. Quod si iis non vere, sed fictie remittuntur, ministerium hoc à Deo Ecclesiæ concessum, in hypocrism & ludibriis reciderit: Mendacem faciet Deum, & sacrilegum ministerium, qui sepe iis ob Christi meritum annunciant remissa peccata, erga quos tamen id nunquam verum fuit.

XII. Respondeo hæc esse verbosiora, quam neruosiora. Primo enim non probare νέανθρωπον Thesis fuit, Vtrum omnes homines à Christo sint redempti. Et affirmabat Windekius. At horum locorum nullus est, qui loquatur de omnibus hominibus. Nam cum distinguantur homines, in electos, & reprobis, tum non possunt per omnes homines intelligi tantum electi, sed etiam omnes reprobis. At qui hi loci non continent omnes reprobos. Manifestum de secundo genere, & sequentibus, ipso Windekiо proficiente. Reprobos non omnes, sed nonnullos libro vita confignatos, esse participes gratiae, frui Eucharistia, per baptismum participare merito Christi. In primo vero genere, loci ipsi singuli perse loquuntur. Nam & 14. ad Roman. sermo est de infirmis in fide, qui longe alii sunt ab infidelibus, & ad Hebriacos, de iis, qui semel sunt illuminati, & peccantibus post acceptam notitiam veritatis. Quare hoc tantum cuicunque Windekius, pro omnibus electis & nonnullis reprobis, Christum esse mortuum. Atinde nulla ratio conficit, redemptos fuisse omnes homines.

XIII. Secundo, nego confici hoc ipsum, nonnullos reprobos fuisse redemptos. Nam quia positum est loqui Scripturas de reprobis illis, qui admixti sunt electis in externa fidei professione; obscurare debentur illos ὄπου πας δι Christianos, nimisrum quia externa aut omnia, aut ferme omnia eadem habent cum electis: nec nos possumus iudicare nisi ex iis quæ apparent. Quare καὶ τὸ οὐρανός, καὶ τὸ ἡρῷον, sic solent appellari. Unde Ioann. 2. 1. Enobis egredi sunt: sed non erant ex nobis: nam si fuissent ex nobis, permanessent utique nobiscum. Sed ut patet non omnes esse ex nobis.

XIV. Quemadmodum igitur hi sunt ὄπου πας Christiani: sic de iis ὄπου πας omnia facta sunt, quæ de vere Christiani. Quo inquit Paulus 9 ad Roman. Quorum est adoptio, & gloria, & fæderia, & legi constitutio, & cultus & promissio. Unde, Si primis sanctis, etiam massa: si rursum sancta, etiam rami. Cum de Iudeis tamen loqueretur etiam Christum persequenti us, & à grata rei electis. Quid ergo minuti, si de iis reprobis, qui aperta professione erant inter Christianos, Scriptura sic loquatur, ut eis etiam tribuat, quæ pertinent ad fideles?

XV. In hanc διανοιαν Windekius excandescit, & argumentatur. Si aequioce & impropte delentur de libro vita, ergo aequioce peccarunt. Rursus Moses cum orauit, vt de numero electorum expungeretur; vel certi habuit se inde nunquam eradi posse: vel incertū. Si illud, ergo stulta est & frustranea petitio. Si hoc cur certo petit eiū in eternam & p. iuationem, quod certus non erat se habuisse: cur tantū malum sibi & populo imprecatur? An non hoc erat Deum, & homines, & seipsum ludere? Tertio, cum dicit Paulus eos gehennæ ignis supplicio afficiendos, qui ex quo conscripti sunt inter primogenitos in cœlis, postea agnoscere veritatem ac gratiam contumaciter oblectentur, si conscriptio in cœlis hic est aequioce: ergo idem factum commentum trahi poterit ad vitam æternam aequioce, ad cœlum aequioce, ad statum presentis gratiae aequioce, ad damnationem aequioce.

XVI. Vere

XVI. Vetus testam
excandescit
sed etiam daret
commune dispo
certum se eradi
certum non erat
Nam ego quide
XVII. Sed re
lequantiam. V
Nec quantum c
celis est natus
aut cœlum. Ito
pon fecit furio
sum & pernici
sum dicitur. Ed
phorus, &
de Apice nuga
XVIII. In
quam etendu
frustraneam si
Deus Moses er
ego quidem age
minicū illa
sum animum
hibebat, non ve
georiam Moses
p. At reprob
ciudi.

XIX. Hec i
nos, vnoa fint
polo, nihil est
ca participes o
modo noa sunt
theis non quer
XX. Peſe
mortuus est. Er
tum don omni
pro impio vere
gumenta figura
XXI. Sed reprob
vel propter p
modo, ergo t
dramine cu
bos fragore C
tur hac tam di
upagustum, v
dus a potentia
afficitas, ac
redemptus, f
ficiencie. Ut
reprobos a
erit, non actu re
reprobis. I
non enim liber
redempciois.

XXII. In q
dico nihil inter
dicuntur, v. ex
quecum p
liber, dummo
que sic & vide
in redempti
nes vi venient
sugencia d
XXIII. Inter
cibus. Negro
cum iterum d
de ipsi cruci
tempore non
erat, non actu re
reprobis. I
non enim liber
redempciois.

XXIV. R
tempore seca
finitus factus
solam externe
lam admiserat
tempore.

XXV. Temp
sede, sed etiam
finitus factus
solam externe
lam admiserat
tempore.

XXVI. Re
lazaris eti
super signa Ill
qua hec pars e
disperabo. De
XXVI. R
dicitur video
per extenu

XV. Verē dictum, *na* furor brevis est, vel ex isto probetur, cui repentina excedentia mentem pervertit, ut non tantum a *καρδίᾳ* ferruminaret, sed etiam daret sine mente sonum. Nam quis mihi secundum argumentum commode disponat? Aut quis est istis legitimus sensus, si habuit Moses incertum se eradi posse, cur certo periit eius iacturam & priuationem, quod certus non erat se habuisse? cur tantum malum sibi & populo imprecatur? Nam ego quidem nihil sani video.

XVI. Sed respondeo in primo & tertio argumento, ridiculam esse consequiam. Vere enim illi peccarunt, qui *οὐανίως* eraduntur ē libro vita. Nec *οὐανίως* dicerentur eradi, nisi vere peccasset. Item si conscriptio in cœlis est *οὐανίως*, nō propterea *οὐανίως* tamē vita æterna, aut damnatio, aut cœlum. Istorū inconsequentiam videt, & facile videt, quem cumq; ira non fecit furiosum. Quid enim obstat, quominus de rebus veris, loqui possumus *οὐανίως*, id est, mutuatis vocabulis & tropicis? An quia status beatorum dicitur Eden, paradisus, metaphorice, ipse ille status non est nisi metaphoricus, & nihil nisi metaphoricus Christus, quia metaphorice Leo Iudæ. Apage nugas.

XVII. In secundo argumento, dico Mosen certum fuisse, se nunquam eradendum de libro vita. Ergo, inquit, stulta & frustranea petitio. Frustraneam si dicas, quæ exitu caruit, conesserim, neque enim propterea Deus Mosen erasit ē libro vita: sed stultam fuisse, quæ necessitas evincit: Nā ego quidem agnosco ardentiā charitatis plenam, ideoque non frustra imitata m̄ Paulo. Quid enim? Non erat illud multi faciendum in Mose, quod suum animum tam libere, tam sincere testaretur? Nam hunc finem petitio habebat, non vt significaret, quid Deus facturus esset nec-ne. Quanquam quosdam Mosis exemplum, quum sermo sit de reprobis. Nam si erasus fuisset Moses, vere fuisset erasus, & non *οὐανίως*, quia erat non *οὐανίως* scriptus. At reprobi, quia non nisi *οὐανίως* scripti, non possunt nisi *οὐανίως* eradi.

XVIII. Hæc igitur solutio vera est; Reprobos omnes ita esse inter Christianos, vt non sint tamen Christiani, quod & Augustinus s̄pē docet. Sed hoc posito, nihil est difficile. Nam, quomodo videntur esse Christiani, sic videntur participes omnium beneficiorum Christianis propositorum. Sed quomodo non suat Christiani, sic ne participes quidem beneficiorum. At nostra thesis non querit, vtrum videantur redempti, sed vtrum redemptri sint.

XIX. Persequamur tamen singulas consequias. Christus pro impiis mortuus est. Ergo pro reprobis. Negatur. Etsi enim omnes reprobi sint impii tamen non omnes impi sunt reprobi, sed ex iis electi quidam nec pauci. Et pro impiis vere dici potest mortuus, si mortuus est vel pro paucis. Itaque argumentum figura fœde peccat.

XI. Sed reprobi empti dicuntur, inquit, vel propter prædestinationem, vel propter præsentem iustitiam ad tempus, vel propter actum Christi, qui pro iis premium exposuit, sive applicetur, sive minus. At non primo secundo modo, ergo tertio Respondeo, illum actum in tertio membro, obscurius dici, maxime cum iterum Apostolum dicat testari, opere & facto ipso reprobos sanguine Christi emptos esse, quod concedi non potest, nisi forte abutatur hac tam diserta phras, quæ solemus significare, id quod tam vere, certe quo gestum, vt nihil verius, nil certius, propter vistitatem distinctionem actus à potentia. Nam in hac controversia, sufficientia est potentia quædam, at efficacitas, actus eius potentia. Vnde quis non videt promptum, qui actu redempti sunt, eos etiam efficaciter esse redemptos? Ideoque non tantum sufficienter? Ut merito subeat mirari, quo sensu Windekius dixerit, intelligi reprobos auctu Christi emptos, quo premium pro iis exposuit, sive applicetur: sive non. Nam qui potest actu, si nulla sit applicatio? Nisi forte, ita, dicat, non actu redemptos reprobos, sed id eifice Christum, vnde potuerint reprobi emi. Quod etsi *ἄνεγγ* est, tamen si Sophistis placet, esto sane, non enim liber λόγος μέχεται. Tamen verum erit, si potuerint redimi, non fuissent redemptos.

XII. Itaque ex trimembri illa distributione, primo exploso membro, dico nihil intereste vtrum reliquorum eligas; si tamen in tertio auctu Christi dicitur, vt exppositum est. Nam actu redemptos, omnino rei ciecum est, quæcum cum primo. At secundum cur reiicit Windekius? Nihil enim absurdum habet, dummodo præsentem iustitiam intelligas, externam professionem, quæ fit vt videantur esse, quanquam non sint. Et certe propter hanc dicuntur redempti *οὐανίως*. Et pro iis etiam Christus premium persoluisse. Sic tamen vt verissimum sit, quod Simoni mago dictum, Acto. 8. Non est tibi pars nego sors ē τῇ λόγῳ τετοῦ in hoc negotio.

XIII. Si iterum sibi crucifigunt Christum: ergo iis iā erat Christus crucifixus. Nego consequiam. Non n. sensus est, Christum semel pro se crucifixum iterum pro se crucifigunt, sed Christum iam semel ab aliis crucifixum, iterū illi, quantum in se est, crucifigunt, & traducunt, id est, quæ rei sunt mortis dominicæ, ac si de novo Christum, iam olim crucifixum à Iudeis, ipsi crucifigerent.

XIV. Rursus; cum nullam aliam expectare possint hostiam: ergo priorem suscepserunt. Falsum, inquam. Sed omnino nullam habent, neq; n. aut illam admiserunt, quæ oblata est in cruce: aut aliam ullam expectare possunt.

XV. Tempa Dei non fieri nisi per iustificationis sanctificationem, cedendo: sed ea tamen, quæ vere sunt tempa Dei; & in quibus vere inhabitat Spiritus sanctus. Sed quæ sunt tempa Dei *οὐανίως*, hæc ego dico fieri per solam externam professionem, per quam videntur esse id quod non sunt.

XVI. Reprobos nonnullos frui Eucharistiæ, non concedo indistincte. Eucharistiæ enim dicitur aliquando de signis solis, aliquando de re significata per signa. Illo modo concedo multos reprobos fieri participes Eucharistiæ quia hæc pars est externæ professionis. At isto modo, prorsus nego: & alias disputabo, Deo dante. Eadem ratio est in Baptismo.

XVII. Remitti peccata reprobis, nego, nec vlo testimonio Scripturæ assertum video. Communicari eis video signa remissionis interdum omnia, per extēnum ministerium. Sed nego cum iis signis etiam recipi dari remissionem. Neque vero propterea ludibrium sit, aut hypocrisis, sed Dei immensa sapientia, distinguis agnos ab hoedis, quod ministri non possunt.

C A P. X.

De singularibus quibusdam locis.

I. Vpersunt loci nonnulli singulares. Primus est Matth. 20. *Filius hominis* non venit ut sibi ministraret, sed ut ministraret: daret q; animam suam in redemptionis pretium pro multis.

II. Respondeo, aliud esse multis, aliud omnibus, Matth. 8. Obtulerūt ei demōniacos multis. Grex porcorum multorum. Et 27. Multa corpora Sanctorū. Quāquam in re tam perspicua pudet exempla congregare. Sed in his ipsis verbis, illud multis, Glossa interlinearis expoñit, non omnibus, sed prædestinatis. Thomas, scilicet, qui crederunt in eum. Hieron. Non dixit animam suam redēptionē dare pro omnib; sed pro multis, id est, pro his qui credere voluerint. Origenes Pro multis qui crederunt in eum. Carthusianus. Sed quare non ait, dare animam suam redēptionem pro omnibus? Respondendum, quod Christus dedit animam suam redēptionem pro omnibus sufficienter, pro solis autem electis efficienter, seu efficaciter, quoniam non omnes, sed multi fructum Dominica passionis consequuntur.

III. Sed instat Windekius, duo promittens, & vocem multis, ex sua significatione, vsuque Scriptura, pro omnibus; hic accipientam: & necessario ita intelligendam. Primum argumentum. Matthæus scriptit *αὐτὸν πολλῶν*: quod Græcis aliud sonat, quam Latinis, pro multis. Nam apud Latinos, eam vocem opponi tantum paucis, at Græce populi multitudinem significare, quam Vulgus vocant. Hinc igitur non concludi, Christum dedisse pretium redēptionis, pro multis, respectu aliorum, pro quibus non dederit, sed pro numerosa, seu magna multitudine, qualis est vniuersum genus humani.

IV. Secundum argumentum. Matthæus multis Hebraicis abundat. At Hebraice *רַבְיָה* frequenter pro omnib; vltipatur. Dan. 12. *זֶבֶרְבָּי* & multi ē dormientibus in puluere terræ euigilabunt. Elaiæ 2.4. *בְּרוֹבָה* multitudine dierum visitabuntur: sermo est de cruciari damnatorum qui multis diebus, id est, omni tempore, sunt infernī supplicia perpeſſuti.

V. Tertium, Secundum aliam formam, multum, sive multitudine, sumitur pro iusta parte. 2. Chronic. 30. *וְעִלְתָּדוֹת* populi, id est, pars maior, cui similis locus 1. Chronicor. 12. Tum autem alibi hæc vox significat copiam, abundantiam. Deuteron. 33. Leuitici 16. Iudicum 6. Elaiæ 8. Psalm. 96. & 24.

VI. Respondeo. Primo scire me hoc loco Matthæi, nonnullos intelligere multis, pro omnibus, Theophylactū, Euthymium, nec non alios. Sed alios tamen Interpretes aliter, vt iam obseruatū. Plerisque etiam & hanc & illam interpretationem coniungere, vel certe alternate. Caietanum. Pro multu: quantum ad sufficientiam multitudine hæc comprehendit multitudinem humani generis: quantum vero ad libertatis fructum & comprehendit multitudinem electorum. Cui Barradius assensum præberet. Ianuenius. Pro multis hic posuit est pro omnibus. Mors enim Christi pro omnibus redimendis sufficiens fuit premium, & quantum in ipso fuit, omnes venit redempturus. Aut ideo pro multis dictum est, quod efficacia mortis ipsius non ad omnes esset peruentura, sed tantum ad electos, qui pauci dicuntur, comparatione reproborum, multi vero, ob numeri in seipso multitudinem. Maldonatus, Cur Christus hoc loco, sicut & apud Marcum non dixit se venisse, ut daret animam suam in redēptionem pro omnibus, sed pro multis? Probabilis est responsio quorundam: omnes multorum nomine significatos, quia πολλῶν multis Graci vocant, non tam nomine pluralem, quam infinito: quemadmodum Latine, omnes homines multitudinem appellant. Sed magis credo, vultus Christum, non voluntatem suam, sed mortis sue fructum declarare. Nam si eius quidem voluntatem speles, pro omnibus hominibus, nemine excepto, mortuus est. Si speles fructum, non ad omnes peruenit: sed ad multis, quia non omnes percipere voluerunt.

VII. Hæc alternatio primum à nobis est, dupli nomine. Neq; enim ex ambiguo loco certa est vla conclusio, vna tātum posita parte. Deinde, quia vtraq; pars eodem redit, nempe ad distinctionem sufficientia, & efficacia. Quid ad nos n. si vel multis legas, vel omnes? dum ne omnes absque exceptione redimantur? Nam hæc nostra est controversia. Præterea Maldonatus nominatum minoris facit eam interpretationem, quæ multis dicit pro omnibus, quo iudicio nostra causa sit superior.

VIII. Sed Windekius tamen non videtur potuisse nugacius disputare. Primo n. quosdam illud non concludi redēptionem multorum, respectu aliorum? Aut hoc etiam postea disertus. Ex lingua igitur: & Scriptura modo loquendi, quid aliud obtinebunt aduersarij, quam vocem hanc, aut pro maiori parte, aut pro magna abundantia, non autem pro certo ac definito, ac ab aliis segregato numero, accipientem esse? Hem. I vos tisum tenatis lectores? Amphora coepit institui: tamen Vrceus exit. Ipse enim Windekius locū torquebat vt argumentum pro sua sententia. Cur igitur nihil, nisi disputat concludi ex eodem contrarium.

IX. Sed rursus vreus. Nam cum sit propositum probare, hoc loco vocalam istam & sumi, & nec scario sumi pro omnibus: tamen cōclusio neutrum infert, ed contra potius, vel pro omnibus, vel pro maiori parte, hoc est vel pro omnibus, vel pro non omnibus. Hem. hoccine est necessario pro omnibus? Vnde tam noua Dialectica? Non enim certe à genio naturæ.

X. Quid, quod Thesis non est absolute hanc vocem sumendam pro omnib; sed cū modificatione hoc loco sumendā pro omnib;. At in probationib; omnino nihil de hoc loco: sed tantum de aliis. Nisi forte hoc voluit, ex aliis locis deduci conclusionē ad hunc locum. Nimur quia ita solent Sophistæ strenue disputare ex puris particularibus. Quasi diceret, Λόγος Ioannis primo est Essentialis, In principio erat οὐανίως. Ergo & Matth. 5. μάρτυς Λόγος πολλεῖς: vel 8 μέρον εἰπεῖ λόγος. Quasi quis, Taurus est mons in Cilicia: Ergo & in Zodiaco. Nas si huismodi Dialecticorum magna sit copia, magnū quid sperandum de rebus Christianis. Et credo futuram. Solent enim illi itidem vt fungi, vna nocte confieri: quæ huius æui mira felicitas.

XI. Veruntamen; Πολλοί, Græce sonat vulgus. Semper-ne, an aliquando? Nam si aliquando tantum, quis non videt in finam Dialecticam? An igitur semper? Quid est igitur causæ, quoniam s & Marci 20. πολλοί εἰσι τοις οὐανίων. Et 12. πολλοί εἰσι τοις οὐανίων πολλα: Et 13. πολλα εἰσι τοις οὐανίων.

enī r̄ dīpūtū p̄p̄: his, inquam, locis singulis vulgus intelligamus? Imo quia
Lucæ, i. πολλοὶ πρεξιέντες, componere narrationē earum rerum quārum plena
fides nobis fācta est: placet ne ut à vulgo hominum Euangelia scripta dicamus?
An tædet potius θνατικά: Nimis audieras aliquando, Vuideki,
τοὺς πόλλους dici pro promiscua plebe: τοὺς πόλλους inquam: non autē πόλλους.
Sed id tibi nunc, somnianti, an febricitant? minus occurrebat. Nisi forte il-
lud est potius αἰσθατά δράσος φίγει. At in Scripturis hac ratione τοὺς πόλλους
non memini legere.

XII. Sed rursus, quid est, *Apud nos* (Latinos voluit dicere, quasi suos omnes Latinitate donasset, nouis imperator) vox *Muli* tantum opponit. *r paucis*: apud Gracos populi multitudinem significat. Quid ergo, nunquam aut apud Latinos multi dicuntur de populi multitudine, aut apud Gracos *pollos* opponuntur paucis? Vtrumque vehementer falsum. Imo neq; de populi multitudine *vnquam* dicuntur aut *multi* Latine, aut *pollo* Graec, nisi quia paucis opponuntur. Sed quia nobis non Latine, sed Græces scripsit Matthæus, id eoque contentio est, *τοις πολλοῖς*: quid ad hæc Windæckius excipiet? Mitto *χλούς πολλούς* Matthæi 4.8.13. & alias. Mitto, 2.4. *πλάναστας πολλούς*. Mitto alia. Hæc non debeo. Matthæi 2.0. *πολλοὶ καὶ τοῦ ὅλου ἐνδεκτοί*. Se primo, *Lata est portavū πολλοὶ multique sunt qui introeunt per eam*. Angustia est porta, *καὶ ὀλίγοι, Ἐρπauci sunt qui inueniant eam*. Luca 4. πολλοὶ καὶ πολλοὶ: multe erant viduæ: sed ad nullam illarum missus Elias: nisi Sareptam urbem Sidonia, ad mulierem viduam, *καὶ πολλοὶ λεπέσι*. Et multi leprosi, sed nemo eorum purgatus: nisi Nahaman Syrus. Septimo, *αἱ φιώται εἴασσον κατὰς αἱ πολλαὶ σὺν ιατροῖς πολλῷ ὀλίγοι ἀφίεται ὀλίγοντα πᾶς*. Remissa sunt ei peccata eius multa, quia multū amauit, qui autē parū amat, remittitur pari. Certe his locis nulla tanta est audacia, vt negari possit τοις πολλοῖς opponi τοις ὀλίγοις.

XIII. Nec vero etiam Hebræa huc nec silevit aduocari. Quid tū enim si Matthæus Hebraismis abundat? An propterea nunquam Græce loquitur? Etsi hic hebraissat, quid de Marco dicent, quem incipiunt velle Latinis vindicare, vt latinissantem? Nam ille hanc ipsam Matthæi phrasim retinuit. Sed ille Hebraismus, Windeckij somnium est. Numquam n. ¶ בְּ omnes significat, sed multos. Et Daniel. 12. quid-ni Hebraismus sit in distributionib. vt semel multi dicantur, qui exiliarum linguarum idiomate repeti debebant in utroque membro? Qui in puluere dormierunt, resurgent, multi ad gloriam, multi ad ignominiam. Quanquam Munsterus subesse putet altius mysterium, quod habemus à Paulo: nēpe non omnes dormituros in puluere, quos dam n. viuos deprehensem iri à magno illi die; qui non sint morituri; sed tātum transmutandi. Quo in sensu nihil est difficile. Esaiæ 24. ¶ בְּ 1, esse multitudinem dierum, id est, multos dies, vel cæcus palpauerit, sic enim solet frequentissime.

XIV. Sed incogitantiam vide. Significat, inquit, multitudinem, maiorem partem, copiam, abundantiam. Magnum sane mysterium, Et ante hunc, si forte, grammaticam, nulli cognitum. Sed cui tamen bono? Nam, ergo sua, inquam, significatione, id verbi non necessario significat omnes. Quis nescit, maiorem partem, longe abire, ab omnibus. Et vero 2. Chronicor. 30. **גַּם** **עַתָּה** **תִּכְלִי** **בְּ** **וְ** **נֹאֶשׁ** non est, vniuersus propulus, sed apud Septuaginta **וְאֵלֶּנֶס** **אֲלָאָס**: apud Latinum interpretem, *Magna pars populi*. Prioris etiam duodecimo **מִרְבָּחָה** **בְּ** **וְ** **אֲלָאָס** **וְ** **תָּרָא**, *Magna pars eorum*, remanserant videlicet apud Saalem, pauci vero venerant ad Dauidem. Et tamen, si non euincit Winkarius, significari omnem populum, nihil agit, nisi acrem verberat. Nunc enim non comparantur electi cum reprobis, utri plures sint: sed tantum redempti cum hominibus cunctis, utrum differant, an non. At si illi sunt horum pars, quantacunque, nihil enim nunc interest, tum manifestum non esse redemptos omnes homines, quod Winkarius pertinaciter contendit.

XV. Secundus Iohannes 1. ad Timoth. 4. vbi dicitur Christus *Saluator omnium hominum, maxime fidelium.* Respondeo huius loci non esse unam apud omnes expositionem. Esse enim, qui vniuersalem Dei prouidentiam laudari existimant, quae omnes sano complectatur homines, sed peculiari ratione fideles: nempe ut quae ad hanc vitæ praesentis ratione beneficia pertinent, ea communia sint hominibus, sic tamen ut & in iis ratio peculiaris habeatur fidelium, & quod maximum est, his peculiaris sit æterna salus. Ambrosius, *Ipsa est salus omnium, quia ex ipso & per ipsum vivunt, quantum ad præsentem vitam pertinet, omnes: quantum ad promissam salutem, fideles. Cognoscentibus n. se, post hanc vitam que morte finitur, aliam se daturum promisit, qua immortalitate vigebit: ideo ergo ait, maxime fidelium.* Hieronymus, *Omnium in præsenti, fidelium in futuro.* Etiam gl. Interlinearis, quæ ad illud, *Saluator omnium: notat, Qui solem suum oriri facit super bonos & malos. Qui cum iumentis saluat carnales.* Ad illud autem, *Maxime fidelium, hic & in futuro secundum corpus & animam.*

XVI. Hæc si admittitur interpretatio, nihil Windckius efficit: nostra enim thesis non negat Deum prouidere vitæ huic omnium, hominum, etiam infidelissimorum: nec si prouidet, ideo sequitur Christum pro omnibus esse promiscue mortuum, omnesve actu redemptos. Esse vero admittēdam, apparet ex serie contextus. Præmisit enim Paulus, pietatem habere promissiones vitæ tum huius, tum futuræ.

XVII. Obicit tamen Salmero duo. Vnum, hoc sensu non saluari proprietatem verbi saluandi, & salutis, quia nou soleat significare, dare aut ruti vi tam praesentem, sed saluum facere à peccatis, dare gratiam, & alia dona Spiritus. Alterum. Eset quoq; in eodeni contextu verbi saluandi homonymia, quod absurdum videtur.

XVIII. Respondeo ad primum, longe falli Salmeronem. Matthæi 8. Kū
ετοντινος, Domine salua nos. Nono: Si solum tetigero vestimentum eius,
salua ero, οντομεα. Et salua facta est mulier, ιων, Marci 7. Et quoquot tan-
gebant eum, ιων ερτο salui siebant. Ioannis II. Si dormit, οντοτε saluus erit.
Mitto alia pluim: quibus constat & Græce οντοδ, ac proinde οντοιαν, &
οντογ, & Latine, Saluare, saluum facere, sumi etiam in Scripturis alio sensu,
quam de donis Spiritus ad æternam salutem.

XIX. Ad secundum, nego villam esse *omnipotens*: non solet n. ita appellari
niuersale enunciatiū. Sunt n. *omnipotens* quibus solum nomen, non etiam ratio-
nem nominis est communis. Itaq; animal non dicitur de homine & bruto *omnipotens*. Eadem ratione, quoniam Dei prouidentia complectitur sub se tum
omnes homines, tum peculiariter reprobos, nulla homonymia merito accu-
ari potest. Similis locus est Ps. 35. *Hominem & bestiam salvas, Domine. Vbi*
ondum quisquam homonymiam reprehendit.

X X . Nam quod Salmero nugatur , soluendum hunc locum per distinctionem simplicium & rudiorum , qui sunt velut iumenta , & hominum , qui ratione vigent , vel per aliam distinctionem , eorum qui viuuat in actiua , vel in contemplatiua vita , vere nugatur . Audiat Lorinum . Ad literam , Sensus est quem tradit quoq; Augustinus in Ioannem tractatu 30. non solum hoc loco , ad irrationalis vijf bestias descendere prorsidentiam & munificentiam Dei . Alij mystici sunt sensus , de rationalib. ac ve ita dicam , bestialibus hominibus , deq; Iudeis & Gentilibus : adde de electis & reprobis , de contemplatiuis & actiuis , de doctioribus & rudioribus , de mixis & magis perfectis .

XXI. Alii tamen intelligunt Paulum, de cura salutis humanæ, sed ita ut voluntatem agnoscant signi, non autem beneplaciti. Lyrahus, *Omnium, quæcum ad sufficientiam ex parte sui.* Maxime fidelium. Dicitur maxime, quia eorum est *Saluator quantum ad sufficientiam & efficaciam.* Qui sensus eti non est necessarius, non etiam tam commodus, ut quem diximus, tamen non est aduersum nos; ut patet ex statu controversiarum.

XXII. Tertius locus. Ad Romanos 5. Non sicut delictum ita & donum. Si enim unius delicto multi mortui sunt, multo magis gratia Dei & donum in gratia unius hominis Iesu Christi in plures abundauit. Et non sicut per unum peccatum ita & donum. Nam iudicium quidem ex uno in condemnationem, gratia autem ex multis delictis in condemnationem. Si enim in unius delicto mors regnauit per unum, multo magis abundantiam gratia & donationis & iustitia accipientes, in vita regnabunt per unum Iesum Christum. Igitur, sicut per unius delictum, in omnes homines in condemnationem; sic & per unius iustitiam, in omnes homines in iustificationem vite. Hic, inquit, Paulus inter delictum Adae, & iustitiam ac satisfactionem Christi, comparationem instituens, hanc priori multo latiori & efficaciorem, ac pro omnibus hominibus peractam esse demonstrat.

XXIII Hic vero subit mihi mirari hominis iudicium, tam sinistrum, ut statim disputans contra Huberum, sui vim argumenti penitus pessundet. Contendebat hinc Huberus probari, satisfecisse Christum vere, proprie, facto, & opere ipso pro toto humano genere, nullo proflus excepto. Hoc vero Windckius negat: & simul negat Paulum loqui de vniuersalibus subiectis quib[us] efficariter applicetur satisfactio Christi: sed tantum eam pro vniuersali obiecto proponere omnibus, qui corpori Christi per fidem inseri volūt, ut doceat non in quot, vel quos satisfactio Christi efficienter dimisearit, sed tamen, neque Adamum culpam suam, neque Christum iustitiam suam penes se seruare, sed pluribus communicare. Solius quidem Adami inobedientie reatu omnes homines constrictos teneri, qui ipsis damnationem consiscatur, at multo magis solius secundi Adami Saluatoris obedientiam ac satisfactiōnem, in omnibus, ac solis suo corpori coniunctis fidelibus, operari iustitiam & gratiam.

XXIV. Quibus lectis, miratus sum hunc hominem aut potuisse tota controvèrsia in nos tam impotenter debacchari, aut hoc loco vt pro argumen-
to aduersum nos. Sed subiit statim cogitatio, ita solere Papistas plerosque,
sponte dissimulare statum questionis, vt ne calumniandi ansam villam omittant:
Et tragœdias immensas excident de nihilo. Enimvero constat ex eius
verbis, in eos duntaxat efficacem esse mortem Christi, & quidē solos, qui e-
iusdem corpori sunt per fidem coniuncti: & id velle Apostolum. Quo pri-
mum ipse se confudit; qui diserte Classe 5. Scriptit, opere, & facto
ipso reprobos sanguine Christi emptos esse: vt alias nobis noratum est.
Quod quo modo aut tunc asseruerit, aut nunc neget, ipse quidem viderit. Se-
cundo absolvit nos hac quidem parte ab omni crimine. Nam quid aliud nos
dicimus, docemus? Nec opus est repetere, quæ prolixè explicuimus in con-
stituendo statu controvèrsiæ.

XXV. Et vero hunc Pauli locum his fariam explicant Interpretes. Alii quidem omnes homines intelligunt: sed tum iustificationem vitæ exponunt resurrectionem. Ita Toletus, *Similis est sententia illi, prioris ad Corinth. 15. Sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes vivificabuntur.* Omnes enim homines, tam boni quam mali, inceduli, & credentes, merito Christi resurgent ad vitam sine fine, scut *Ad demerito mortem incurverant.* Loquitur n. hic Paulus de vita corporali, qua morti corporis opponitur Hic sensus si admittatur, tum profecto locus nihil ad hauc nostram controuersiam. Sed nimis durum, iustificationem vitæ, de sola vita corporali, in resurrectione restituenda intelligere.

XXVI. Itaque alii longe melius beneficium intellexerant illud , quod à Christi morte ad peccatores redundat in vitam æternam . Sed hi constanter negant huiusmodi beneficium ad omnes homines promiscue . Primo enim negant præstantiam gratiæ à Paulo considerari in numero . Pelerius , Sed in eo quod Latina lectio habet hoc loco , gratiam Dei per Christum in plures abundasse , scire conuenit illud , plures , non poni comparative , sed positive pro multis . Non significatur plures fuisse seruatos per Christum , quam damnatos per Adamum , id enim constat non esse verum sed hoc tantum significatur , gratiam Dei per Christum excellenter & abundantiori modo profuisse plurimis , quam peccatum Adæ nocuerat . Et vero Graeca lectio nullum relinavit locum ambigendi , non enim habet πλεῖον , quod significat plures : sed πλεῖον , quod significat multos . Ergo gratia Christi superat Adami peccatum , non , ut in scholis loquimus , extensio , sed intensio . Dominicus à Soto . Excessus & præstantia gratie non collocatur in numero , sed in hoc , quod si una culpa potuit genus humanum in mortem adigere , longe tum facilius , tum efficacius & copiosius , poterit nos gratia in vitam restituere .

XVII. Secundo assignant eos , in quos hæc gratia redundat . Bel-
larminus de Ammissione gratiæ lib. 4. cap. 7. Apostolus valde proprie dixit mul-
tos per Adamum constitutis peccatores , & multos iustos per Christum . Quia
omnes qui nascuntur ex Adamo , constituentur peccatores : & illi sunt multi ,
& similiter omnes qui renascuntur à Christo constituentur iusti , & hi sunt
multi , sed non omnes simpliciter , quia non omnes renascuntur in Christo . Idem
lib. 6. c. 3 Quod addit scriptum esse , Per unius iustitiam in omnes homines in
iustificationem vite , verissimum quoque est , sed intelligitur quoque , ex commu-
ni Catholicorum sensu , atq; consensu , non in omnes simpliciter , sed in omnes qui
ex Christo per Baptismum renascuntur . Sicut enim omnes qui nascuntur ex
Adamo , damnatur , ita omnes qui renascuntur in Christo , iustificantur .
Thomas , Intelligentum est , quod sicut omnes homines qui nascuntur carnali-
ter ex Adamo , incurvant condemnationem per eius peccatum : ita omnes qui
renascuntur spiritualiter per Christum , adipiscuntur iustificationem vi-
tae . Lombardus , Quamvis Adam sit forma futuri , plus tamen præstat re-

generalis Christus quam ei generalis Adam vocuerat. Et bene haec causa Christi omnibus suis prodest: quia si causa Adae omnibus suis nocuit, tunc & haec hoc potius suis. Et post, in plures, in omnes filios eius: abundans autem & maior res omnibus suis magis prodest. Nam Iurum Paulus ipse, Multo magis, i. dicitur, etiam in eis, quod non datur nisi diuinae ratione auxiliare, ita, qui redundantem illam gratiam, & donum iustitiae accipiunt, in vita regnabunt.

XXVIII. Nec ab ipsis alienus Augustinus, contra Iulianum lib. 6. cap. 12. Cum dictum est, per unius iustificationem in omnes homines, ad iustificationem vita: & rursus dictum est, per unius obedientiam iusti constituantur multi, non aliquibus exceptis, sed eodem multis, omnes oportet intelligi: non quia omnes homines iustificantur in Christo: sed quia omnes qui iustificantur, non aliter posse sunt iustificari quam in Christo. Sicut possumus dicere, in aliquam domum per aliquam ianuam intrare omnes: non quia omnes homines intrant in eandem domum: sed quia nemo intrat nisi per illam. Et paulo post, Non est itaq; praeter unum Mediatorum Dei & hominum, hominem Christum Iesum, aliud nomine sub celo, in quo oportear saluos fieri nos. Et ideo dictum est: In Christo omnes vivificabuntur: quoniam in illo Deus definiuit fidem omnibus, suscitans illum a mortuis. Idem Epist. 89. Et hic omnes dixit, & ibi: non quia omnes homines venient ad gratiam iustificationis Christi, cum tam multi alienati ab illa, in aeternum moriantur, sed quia omnes qui renascuntur in iustificationem non nisi per Christum renascuntur: sicut omnes qui nascuntur in condenationem, non nisi per Adamum nascuntur. Nemo quippe est in illa generatione praeter Adam, nemo in ipsa regeneratione praeter Christum: ideo omnes, & omnes.

C A P. XI.

Rationes Windekij.

I. Post tantum Scripturarum numerum, sequuntur rationes, quibus pugnat Windekius: postea, absurdula quibus nos obruit. Audiamus rationes: quanquam non omnes: quædam enim impugnant prædestinationem ad interitum: cuius non est opus telam retexere.

II. Primaria. Si Christus per mortem meruit a Deo Patre iudicium viuorum ac mortuorum, reproborum & electorum: Ergo pro omnibus hominibus mortuus est. Probatur antecedens, ad Roman. 14. In hoc enim Christus mortuus est, & resurrexit, ut & viuorum ac mortuorum dominetur. Si miles loci 2. ad Corinth. 5. Ioann. 5.

III. Respondeo negari consequentiam. Ratio, quia cum dicimus Christum esse mortuum pro omnibus, hoc ita intelligimus, ut non quamcunque causam cogitemus, quæ ad omnes attinet, sed specialiter causam redemptoris eorum, pro quibus dicitur mortuus. Et sic ipse Windekius Clasie 2. proponit, Christi mortem esse pretium pro omnib; redimendis, & tertia, Christum pro singulorū hominū salute perlitasse: & quarta, toti mundo reconciliationis, ac salutis gratiam obtinuisse.

IV. Ast huiusmodi Christi iudicium & dominium, non est dumtaxat ad redemtionem: sed etiam ad damnationem. Quod patet ex ipsis locis Ioann. 5. Pater dedit potestatem Filio etiam iudicium facere, quia Filius hominis est. Nolite mirari hoc: quia venit hora, in qua omnes qui in monumēto sunt, audiunt vocem eius: & procedunt qui bona fecerunt, in resurrectionem vita, qui mala vero egerunt, in resurrectionem iudicii. 2. ad Corinth. 5. Omnes nos comparere oportet coram tribunali Christi, ut unusquisque reportet quæ in corpore fecerit, congruerit ad id quod fecerit, vel bonum vel malum. Quod cum ita sit, ne, non videt, non esse necesse singulos homines morte illa, qua Christus hoc dominium meruit, reconciliare Deo. Quia inquam meritum esse hoc iudicium, non habemus à Scriptura.

V. Ratio secunda. Si generalis fuit morbus peccati: Ergo generalē oportuit esse gratiæ medicinam. Antecedens probatur ad Roman. 5. In omnibus hominibus mors per transitum, in quo omnes peccarunt. Tertio, causati sumus iudeos & Gracos sub peccato esse. Probatur consequentia, Luca. 19. Venit Filius hominis querere, & saluum facere quod perierat. Matthæi, 18. Non est voluntas atri Patrem vestrum, qui in cœlū est, ut pereat unus de peccatis istis. Item à misericordia Dei. P. 2. 4. Vniuersa via Domini, misericordia & veritas. Et 14. Miserationes eius super omnia opera eius.

VI. Respondeo: generalem medicinam intelligi, vel quæ potest mederi, vel quæ re ipsa medetur. Priori sensu conceditur vniuersum argumentum, quoniam non est contra thesim. Nam mori efficiaciter pro aliquo, non significat medicinam, quæ possit mederi, sed quæ re ipsa remedium attrulerit huius aut illius. Altero autem, negatur consequentia. Quia re ipsa non sanantur, id est, salvantur homines omnes, & vult Deus quodam dampnari, ut alias probatum. Qui autem loci dicunt, Deum velle omnes salvare, alias explicati fuerint, item totus ille locus à misericordia.

VII. Ratio tertia: Si Christus non omnibus meruit salutem: Ergo in Deo est acceptio personarum. At hoc falsum. Ergo & illud. Ratio consequentia. Quia salus omnibus debetur ratione iustitiae diuinæ, quæ quantum in se est, nulli impossibilem facit salutem. Acceptio autem per sonarum sit, cum beneficium & quo iure debetur iis, qui ad suscipiendum & que sunt dispositi: & ramen quibusdam datur, quibusdam denegatur.

VIII. Instavi paululum argumentum, ut ne esset absurdum. Quam enim salutem dixi, Windekius posuerat auxilium sufficiens ad salutem. Respondeo, negari consequentiam. Et in confirmatione, nego hoc beneficium, id est, salutem, omnibus deberi. Imo nego cuiquam deberi: sed prorsus liberaliter dari à Deo, itaque neque omnibus, neque ex meritis, sed paucis, & ex gratia.

IX. Ratio quarta. Si omnes homines nunquam auxilio Dei sufficieni substituntur, quin se per gratiam præuenientem & adiuuantem ad æternæ salutis actiones applicari queant, cum sequitur Christum pro omnibus, & singulis esse mortuum. At certum est, omnia hominem ratione vtentem, per sufficiemt Dei gratiam, se ad salutem consequendam conuertere posse. Ergo Christus pro omnibus & singulis est mortuus. Probatur consequentia. Quia gratiæ consequendæ media non aliunde nobis suppetunt, quam per meritum Christi.

X. Respondeo, primo syllogismum habere quatuor terminos. Nam in

propositione, sunt omnes homines, at in assumptione, non omnes homines, sed omnis homo ratione vtens. At qui non omnes homines ratione vtentur. Nam infantes vix nati, aut etiam non nati, ratione non vtentur. Debuit ergo vel hypothesis etiam concipi specialiter de hominibus ratione vtentibus, actum manifesto esset absurdæ consequentia, vel etiam assumptione repetere omnes homines simpliciter, ac cum ipsa se suo indicio procedat. Quia manifestissime falsum est, infantes destruci hoc auxilio, quod Scholastici sufficiens dicunt.

XI. Secundo, etiam condonato hoc peccato, ut argumentum specialiter concipiatur de hominibus ratione vtentibus, tamen negatur consequentia. Ratio, quia non simpliciter queritur, vt ut pro hominibus, id est, hominū causa mortuus sit Christus, sed vt ut moriendo omnes redemerit. Atqui certum est, non omnes redemisse, quibus offertur auxilium sufficiens. Exempli sunt, Corazin & Berlada, in quibus ea facta erant, quæ si facta fuissent in Tyro & Sidone, itum statim fuisset ad saccum & cinerem. Concedo gratiam nobis non suppetere nisi à meritis Christi: sed nego omnem gratiam esse redemtionem. Quia redemptio æterna est, & multæ gratiæ temporales Matth. 6. Multi dicunt mihi in illo die, Domine, Domine, nonne per nomen tuum prophetauimus, & per nomen tuum de monia etecimus, & per nomen tuum multæ virtutes edidimus? Tunc autem profitebor eis: Nunquam noui vos: discedite a me, qui faciatis iniurias.

XII. Ratio quinta: Si Deus omnes & singulos à mandatis aberrantes per salutare pœnitentia remedium in gratiam suam recipere paratus est: Ergo morte Christi omnes redempti sunt. At illud vetum, & Ezechielis 18. & 33. Iohelis 2. Zachar. 1. &c. alibi.

XIII. Respondeo, negari consequentiam. Ratio manifesta: quia illud patratum esse Deum ad recipiendos in gratiam homines, non significat efficacitatem illam qua iudicem homines actu recipiuntur in gratiam, teste ipsa experientia. At redemptum esse per Christi mortem, non potentiam sonat, sed efficacitatem, sicut actum. Quomodo igitur noui recte dicas, potuit facere, ergo fecit, sic non sequitur. Deus paratus est recipere in gratiam, ergo recepit. Eadem ratio deredemptione, quæ est acceptio in gratiam.

XIV. Ratio sexta. Prudentia diuina est actus intellectus diuini, quo Deus per certa media ordinat ac dirigit res in fines suos. At omnes homines per prouidentiam designantur in beatitudinem, tanquam in finem. Salutis vero obtinenda nullum aliud est medium, nisi meritum mortis Christi. Ergo nullus ab eius assequitione exclusus est.

XV. Ita formauit Windekius, nulla habita ratione artis. Ille viderit. Respondeo negari omnibus designari in beatitudinem. Nam Prædestinatio est Prudentia, At Prædestinatio est Electio, aut Reprobatio. Et reprobatio est, qui destinantur aliqui homines ad damnationem, ut prolixè disputatum est. Ergo Prudentia non destinat eos homines ad salutem, sed aliquos ad damnationem. Vnde manifeste sequitur contra qu. in Sophista voluit, non esse pro omnibus Christianum mortuum, scilicet, quo sensu mortuum disputamus.

XVI. Ratio septima. Sacræ literæ omnibus creditibus destinatum esse meritum Christi confirmant. At opus fidei, cum gratia Dei præueniente & excitante, quam Deus nemini subterabit, in cuiusvis hominis adulti est potestate. Ergo eatus, quatenus credere possunt homines, omnib; & singulis preparatum est.

XVII. Non inquiero in *eternitas*: author viderit, qua ratione præstare possit suas inceptias. Concede omnibus creditibus, addo etiam creditur, destinatum esse meritum Christi. Opus fidei esse in potestate hominis, non debet concedi ab aliis distinctione. Vt n. significat, eius natura esse hominem, quæ habeat aptitudinem ad fidem, quam non habet lapis, non habet brutus, & hoc modo conceditur. Verum non omnes, qui ita fidem habent in potestate, aut credentes sunt, aut creditur: multo potius nunquam credituri, ut infantes, ut adultri non pauci qui moriuntur in infidelitate.

XVIII. Vel significat hominem ex solis suis naturæ ita aptæ virib; pro arbitrio credere, & non credere, dāmodo tantum præueniat & exciteatur: quomodo Asphake admotum ignem concipit: & hoc constantissime negatur. Cōtra enim certum, non esse currentis, aut volentis, & fidem non esse omnium, & similia multa, quæ Scriptura docet, & confirmarunt Patres aduersus Pelagianos.

XIX. Sed enim eatus, quatenus credere possunt homines, omnibus & singulis preparatum est meritum Christi. At mihi hoc preparatum est suspectum. Potest enim esse, quomodo cum dicitur Matth. 20. Sedere ad dextram meam, & sinistram meam, non est meum dare: sed debitur, quibus paratum est à Patre meo. Et vigesimo quinto, Venite, benedicti Patri mei, possidete regnum paratum vobis a iactu mundi fundamentu: ubi paratum est id, quod signat cuicunque assignatum in certam possessionem. Potest etiam simpliciter propositum, ut Matt. 22. Nuptie quidem parata sunt, sed qui vocati erant, non erant digni.

XX. Quo posito, concedam eatus preparatum esse cuique meritum Christi, quatenus credere potest. Nempe illi qui tantum possunt ex naturæ illa, quam dixi, aptitudine, sic preparatum meriti in Christi, quomodo preparare nuptie indigni, nempe sic, ut nunquam fiant eius meriti particeps actu. Ast iis, qui vel credituri sunt, vel credunt per diuinam gratiam, que efficit in eis, ut velint & perficiant: iis, inquam, preparatum idem meriti quomodo beneficiis Patris regnum. Hoc si Windekio sufficit, ne pergit disputando: habe, enim vitro contentientes. Si vult etiam illis qui, præter aptitudinem naturalem, nullam habent, priori modo preparatum meritum, tum vero scito se frustra & vanegem, nisi solidius disputer.

C A P. XII.

Absurda Windekij.

I. Transi ad absurdula Windekij. Primum: Si pro solis prædestinatis mortuus est Christus, nullus hominū in mundo sciet, an pro eo mortuus sit Christus. At hoc falsum, igitur & illud. Ratio consequentia: quia nemo scit se esse prædestinatum. Hoc probat. Primo ex Scriptura Ecclesiastis 9. Negat homo an amore, vel odio dignus sit: sed omnia in futurum seruatur incertam

incerta. Secundo, quia incerta est persecutaria in fide & charitate, ut patet exemplis Iudæ, Saulis, Salomonis, item Proverb. 27. *Neglorieris in crastinum, ignorans, quid supereretur a pari dies.* Ad Rom. 11. *Tu fide fui, non nisi alium sapere, sed time.* Tertio, Nemo scit certitudine fidei le quod presentem iustitiam, in Dei gratiam receptum esse. Igmar multo minus, quicquam de sua prædestinatione certus esse potest. Antecedens probatur 1. ad Corinth. 4. *Nihil mihi consensum: sed neque in hoc iustificari sum: qui autem iudicat me, Dominus est.* Job. 9. *Si iustificare me volvero, os meum condemnabit me: si innocentem ostendero, prauum me comprobabit.* Etiam si simplex fuero, hoc ipsum ignorabit anima mea. Eccl. 5. *De propria te peccato noli esse sine metu, neq; adiicias peccatum super peccatum.* Addit, neminem certam conscientiam suam iustitiam habere, num iri expers peccati. Psalm. 18. *Delicta quae inteligitur ab occulis meis mundame, Domine: & ab alienis parce seruo tuo,* lcrem. 17. *Primum est cor hominis & inscrutabile: & quis cognoscet illum?* Ego Dominus scrutans cor, & probans renes, Denique, qui existimabant se ob gratiam & virtutem propriam iustos esse, iudicio suo saepe decepti sunt. Sic Luke 18. Phariseus. Sic ad Roman. 10. Iudei. Sic ad Galat. 6. multi Christiani, qui se existimant aliquid esse, cum nihil sint.

II. Respondeo, repetita distinctione sufficientiae, & efficientiae, negari consequentiam in utramque partem. Nam primo, quia cum pro solis prædestinationis afferitur Christus mortuus, intellexit quidem efficaciter, nihil tamen obstat, quominus sciant multi pro se Christum esse mortuum sufficienter, quandoquidem eius rei cognitione pendet à prædicatione, quæ non est electio propria.

III. De cognitione autem efficacie, mirer qui hoc in commode obiciatur à Papistis, qui in vniuersum docent neminem posse esse certum de sua salute, quod contra necesse est, si ponitur quisquam posse scire pro se Christum mortuum efficaciter. Sed nihilominus nego consequentiam. Nam omnes vere fideles sciunt pro se Christum esse mortuum, eoque pretio se esse redemptos. Ad Roman. 4. *Qui excitavit Iesum, traditum propter offensas nostras, & excitatum propter iustificationem nostri.* Quinto, *Commendat juam charitatem erga nos Deus, quod quum adhuc essemus peccatores, Christus pro nobis mortuus sit.* ad Corinth. 1. *Christus Iesus factus est nobis sapientia à Deo, iustitias, & sanctificatio, & redemptio.*

IV. Nego etiam neminem posse scire se esse prædestinatum. Quicunque enim scit se salutem consequuturum, scit etiam se esse prædestinatum, quandoquidem nemo salutatur non prædestinatus. At sciunt fideles se esse salutem consequuturos. Ad Romanos 5. *Si mortui sumus cum Christo, credimus fore, ut etiam viuamus cum eo.* Octauo. *Nos ipsi apud nos ipso sufficiamus adoptionem expectantes, redemptionem corporis nostri.* Nam speravimus sumus. Posterioris ad Corinthios. 5. *Scimus nos, sacerdotibus huius domus nostra tabernacula dissolutum fuerit, adiunctionem ex Deo habitueros, dominicum videlicet non manu factum, aeternum in celo.*

V. Tum autem exempla non definiunt. Sciuit enim Jacob, ipsis saltu testibus Papistis, qui illud Genes. 37. *Descendam ad Filium meum lugens in infernum,* interpretantur de limbo, in quo locum assignant non omnibus, promiscue ante Christum morientibus, sed tantum saluandis. Definiente Altestaig esse partem superiorum inferni, qua detinebantur saluandi, quousque debitum primi parentis per mortem Christi solueretur.

VI. Sed si controvenerit Jacob, at certe non potest in dubium vocari Job, cuius capite 19. *Ego noui Redemptorem meum esse viuentem.* Est post, Et ex carne mea videbo Deum: quem ego visurus sum mihi, & oculi mei conspicetur sunt, & non alienus. Non David quidem, Psalm. 21. *Bonum & misericordia persequentur me omnibus diebus vita mea:* & habitabo in domo Iehouæ in longitudinem dierum. Non Paulus ad Roman. 8. *Nam mihi persuasum est, neque mortem, neque vitam, neque Angelos, neque principatus, neque potestates, neque instantia, neque futura, neque sublimitatem, neque profunditatem, neque ullam rem aliam creatam, posse nos separare à charitate Dei, qua est in Christo Iesu Domino nostro.* Posterioris ad 1. imoth. 4. *Quod superest, reposita est mihi iustitia corona, quam redder mihi Dominus in illo die.* Non denique Cyprianus, qui Epistola 57. *Si quis istinc nostrum prior divina dignationis celeritate præcesserit, per seuerer apud Dominum nostram dilectionem, pro fratribus & sororib. nostris apud misericordiam Patris: non cesseroratio.*

VII. Quanquam, quid eo per fingulos, qui uno labore omnes possum fideles nominare? Sunt enim illi omnes certi apud seipso futura salute. Ad Roman. 8. *Non enim accepisti spiritum seruitius rursum ad metum: sed accipisti Spiritum adoptionis per quem clamamus Abba, id est, Pater.* Qui ipse Spiritus testatur una cum spiritu nostro, nos esse filios Dei. *Quid si filii, etiam heredes, heredes quidem Dei, cohæredes autem Christi.*

VIII. Iam quæ contra disputantur, leuicula sunt, quæ quia alias, & suo loco tractabuntur vberius, tunc iuvat tantum perstringere. Locus Ecclesiasticus & perperam vertitur, & detorquetur. Neque enim Salomon de dignitate quicquam habet, neque incertum dicit, utrum quis dignus sit amore, vel odio, sed verum ametur, & odio habeatur. Neque significat simpliciter ignorari, sed *nr. nr. n.*, nimur si habeatur ratio eorum quæ in hac vita singulis eueniunt. Videtur enim bonus bene esse debere, malis male, quod contra est plerumque. Itaque statim, *Omnia consimiliter omnibus: euentus unus est iusto & impio: bono, & mundo & immundo: sacrificanti quoq; & ei qui non sacrificat, sicut bonus, sic qui peccat, & is qui iurat, sicut is qui iuramentum timeret.* At vero, si ex quotidianis euentibus licet nemo possit se à Deo amari, at potest aliunde.

IX. Incertam esse persecutiam, non est simpliciter verum. Nam contra Prophetam, Psalm. vigesimo tertio, *Habitabo in domo Iehouæ, in longitudinem dierum.* Quomodo ergo? Nimur incognita est ipsi, ut rarer externam professionem nihil habent pietatis. Et ipsis etiam fidelibus, quandoque, secundum mensuram fidei, quam eis admittitur Deus, at non in perpetuum, quia prout in eis fides augetur, etiam certitudo constanter. Itaque exempla non sunt ad rem, Iudas & Saul inter reprobos numerantur, nos de fidelibus loquimur. Salomon (si inter electos, ut ego quidem probabile sentio, quamvis nonnulli dissentiant) nihil probat, nisi posse cadere etiam fideles, qua in re socium habuit Petrum. Sed ita cadere, ut non resurgent, hoc non probat, quod accedit ad nostram questionem. Nam hæc certitudo persecutam, non in eo est, ut qui electus est, nunquam sit alienus à fide, aut charitate actualiter, contra enim, prius fuit-

actualiter infideles, antequam fides ingeneretur, & post initiatam fidem, non pauci fidei labuntur, ut David, Salomon, Petrus. Sed in eo, utne, cum ceciderit, non resurgent. Neque vero illud ex Proverbijis huc pertinet, cum manifestum sit agi de successibus rerum humanarum quotidianis, nos tamen disputemus de gratia Dei in homine, quā die nullus vel adfert, vel auferit.

X. Sed nemo scit, inquit, certitudine fidei se quod presentem iustitiam, in Dei gratiam receptum esse, & probat multis. At ego illud, quo ad presentem iustitiam, quæro quid sit. Videtur enim, si quis metatur se ipsum ex iustis suis operibus. Nam eo spectant probationes subiectæ. At hoc non debuit Sophista probare. Nos enim prolixe constanterque docemus, neminem omnino in gratia Dei esse, quod presentem iustitiam, id est, propter bona opera. Sed non sequitur, si non possimus ex operibus certi statuere, ut ne villo quidem modo possimus. Certe Paulus hoc tribuit Spiritus testificationi.

XI. Absurdum secundum: Si pro aliquibus tantum Christus mortuus est. Ergo nulla inde ad quenquam potest consolatio certa redire. At hoc absurdum. Ergo illud. Probatur consequentia. Quia formandus est in hanc rationem syllogismus. Christus pro quibusdam hominib. mortuus est. At tu es homo. Ergo pro te est mortuus. At hæc conclusio non valet à puris particularibus. Non potest autem aliter formari.

XII. Ast ego interrogo, quo hic sensu Christus mortuus. Nam si sufficienter, quid plus aut habent, aut habere possunt Papistæ consolationis, quæ nos habeamus? Nos enim prolixe docemus, pro omnibus hominibus mortuum sic esse. Sin autem sufficienter, ne illi quidem dicunt pro omnibus sic mortuum. Itaque vel tantum consolationis apud nos est, quantum apud illos, ex morte sufficienti, vel tam parum apud illos, quam apud nos ex morte efficaci; ut ne nos possint hoc absurdo petere, quin eadem opera seipso per latus nostrum confodiant.

XIII. Verumtamen agnoscimus, nullam solidam consolationem cuiquam inde redire, quod sciat pro omnibus hominibus Christum mortuum esse sufficienter. Cösolatio enim opponitur desperationi, quæ nascitur ex sensu damnationis. At hæc mors sufficientis, non pellit huc sensum. Quia nimur non obstat, quominus ijs ipsi damnentur, pro quibus sufficienter Christus sit mortuus. Ita Iscariotes ruit in præcepis, & alij forte non pauci.

XIV. Nulla ne igitur consolatio? Quibus, inquam? Impiis-ne? His profecto nulla, nec, opinor, propterea valde laborandum. Pijs-ne? At his profecto certissima. Sed syllogismus non concludit. Sane, inquam, ille præclarus, ab autore Windeko. At nullus potest alias. Hoc falsum. Nam hic potest. Christus mortuus est pro fidelibus. At tu es fidelis. Ergo pro te mortuus est. Hic, inquam, bonus est syllogismus. Et vere δοδονακος. Sed illi fideles sunt aliqui homines. Ita sane. Ergo ex puris particularibus. Nego. Quia in illis aliquibus, id est, fidelibus continentur singuli fideles: ad quorum numerū maior propositio determinatur. Non enim ea lex est disputandi, ut vniuersales propositiones comprehendant quicquid est in superiori genere. Verbi gratia cum quis dixit, Omnis homo est rationalis. Non eo non dixit vniuersaliter, quod non comprehendat quicquid est animal. Itaq; est quidem certa & copollere istas propositiones quod materiam: Omnis homo est rationalis, & aliquid animal est rationale, sed quod quantitatē tamen illa est vniuersalis, hæc vero particularis.

XV. Sed, negatur minor in tentatione Diaboli. Quidmodo, inquit, probabis, nisi recursas ad promissiones Euangelicas, & Sacramentorum. Minime vero, inquam: Nam haec promissiones viles sunt tantum confirmandas majori propositioni, non minori. Alia igitur procedendum via. Quia illa, inquit? Argendum à sensu illo peculiaris, quem in singulis Spiritus ignorat, dum in generaliter, quod in rem Paulus ad Roman. 8. *Spiritus Dei testatur vna cum spiritu nostro, nos esse filios Dei.* Hic sensus si nullus sit, omnino nulla elicitatio potest. Sed eit in fidelib. Iterum, *Vos autem non estis in carne, sed in spiritu: si quidem Spiritus Dei habitat in vobis: quod si quis Spiritum Christi non habet, hic non est eius.* Itaque fidelibus certa consolatio.

XVI. Absurdum tertium. Si Christus non est pro omnibus mortuus. Ergo pijs conscientijs nulla suppetit consolatio ex perceptione Baptismi. Ast hoc absurdum. Probatur 1. Petri 3. *Vos simili forma saluos facit Baptisma: non carnis depositio sordium, sed conscientia bona interrogatio.* neq; in Deum. Ergo prius etiam falsum. Ratio consequentia, quia per baptismi susceptionem statuere nemo potest, Christum pro se mortuum esse, multoque minus conscientiam labantem in tentationibus sustentare, ac pacificare.

XVII. Respondeo. Nego consequentiam. Ratio, quia Spiritus efficit ministerium externum efficax in omnibus pijs, ut credant non certius sibi fides corporis ablutas, quam peccata condonata, vnde illa conscientia bona interrogatio, quæ sine pio esse nullus potest. Et qui cum impio nullus. I. que omnibus pijs in baptismo certa illa consolatio est, quam Petrus vberim proponit. Negatur autem ratio consequentia, nam pijs sic baptizati reverteretur pro se Christum esse mortuum, ad Roman. 6. *An ignoratus nos, quotquot baptizati sumus in Christum Iesum, in mortem eius esse baptizatos? Sepulchritur sumus una cum eo per baptismum in mortem: ut sicut excitatus est Christus ex mortuis in gloriam Patri, ita & nos noua vita ambulemus: nam se cum eo plantati coaliuimus conformatio mortis eius, nimur etiam resurrectionis conformatio coalescimus.*

XVIII. Absurdum quartum. Si Christus non est pro omnibus mortuus, ergo nullus communicare tranquilla conscientia potest sacræ synaxi. At hoc absurdum, ergo illud. Ratio consequentia gemina. Primo, quia cum nemo sciat se esse comprehensum in arcano electorum catu, ergo quanvis participet corpus & sanguinem Christi, nescit an pro se mortuus sit Christus. Secundo, qui negant pro omnibus mortuum esse Christum, idem negant se de alijs fidelibus certo statuere posse, an sit electi. Vnde sequitur nescire item utrum sit pro ipsi de Christus mortuus. Ergo mentiuntur, nanique eos spectculo ac ludibrio ludificantur, dum aiunt, calicem fundi eis in remissionem peccatorum, & corpus pro ipjs tradi.

XIX. Respondeo, negari consequentiam, nisi forte nullus, p. quo sit Christus mortuus, communicet vnuquam, quod est falsum. De priore ratione ad confirmadum conscientiam, iam dictum, posse aliquos, id est, omnes vere fideles & pios statuere pro se Christum esse mortuum. Quare hanc quidem obcausam, nihil erit quominus pacata conscientia accedat ad Synaxin.

XX. Alter-

XIX. Altera ratio primo est *ad cōdūctores*. Non enim probat *nō orat pro omnibus*, neque posse quemquam pacata conscientia communicare Eucharistie. Hæc enim ratio, si quid habet virium, probat non posse à Pastoribus quemquam bona conscientia admitti. Deinde, ne hoc quidem probat. Quia Pastores possunt omnes, etiam maxime hypocritas admittere, pacata sua conscientia. Christus enim eo modo Iudam admisit. Nimurum, quia Deus, noluerit eorum esse iudicium de hypocritis: sed de is tantum, qui impietatem suam produnt.

XXI. Sed ergo, inquit, mentiuntur, etim dicunt sanguinem fusum pro peccatis, & corpus traditum. Imo, inquam, non mentiuntur. Hoc enim ita dicunt, ut viuensalem promissionem, quam sibi quisque, pro sua conscientia, debet applicare. Itaque, nullus Apostolorum in institutione Eucharistie dixit, sanguinem fusum pro omnibus: sed Lucas, *pro nobis*. Matthæus, & Marcus, *pro multis*. Sequitur ergo suam vocationem Pastor, cetera permittit Deo.

XXII. Addit Windekius alia aliquor absurdita, de Excidio Ministerij, de Summa Scripturæ, de Infidelibus iniuste denotis, de Deo præbente causam exitij, de Pernicie decreta, de Autore scelerum, de Mandato impossibili, de Precibus Ecclesiæ, quæ non putauit sufficiat examinanda, cum alia nitantur hoc fundamento, neminem scire; an pro se Christus sit mortuus, de quo satis dictum: alia directe impugnent Prædestinationem, de qua abunde, quod satis, disputatum est.

C A P. XIII.

Non pro quibusvis mortuum Christum.

I. Actenus est à nobis deuorata Windekij prolixa importunitas. Nunc Catholicorum sententia confirmandæ: & probandum, non esse pro omnibus hominibus indiscriminatim Christum efficaciter passum. Quod cum dico, intelligo tum ceteros Papistas, tum Windekium ipsum reclamaturum. Sed nihil est difficile, si recolitur status quæstionis. Nam & nos concedebamus esse mortuum pro omnibus sufficienter: nec tamen huic confessioni delatum est quicquam. Cur nos magis moueant eorum verba? Itaque mentem consideremus prius. Et ponamus, hoc sensu Christum pro paucis esse mortuum, ut statuimus, quæ sunt eius mortis prima, propriaque beneficia, remissionem dico peccatorum, iustificationem, reconciliacionem cum Deo, salutis spem, ad reliquos non pertinere re vera, & coram Deo: sed tantum catenus, quatenus indiscretæ vocantur omnes, vocatione generali, nec efficaci. Quomodo gratia Principis, et si potens sit eripere à morte omnes noxios, tamen ad eos nullo modo spectat, quos Princeps vult capere poenas dare: & pharacum nihil agit in eo, à quo non haeritatur.

II. Primum ad eam rem argumentum Ioann. 17. *Non pro mundo rogo, sed pro his quos dedisti mihi:* Et complectebatur tamen ea ratione Christus hanc ipsam suæ mortis efficaciam, de qua disputamus. Primum caput est de sua ipsius gloria, de qua cum satis dixit, tum ad homines fit transitus: *non omnes tamen, sed eos qui à se audierant Verbum veritatis, & errant amplexi: quibus curiosè, ut ita loquar, descriptis, hæc verba proferuntur, quæ sunt recitata.* Post diuersis capitibus percurruntur ea quæ eis postulantur: primum, ut sint vnum, secundo, ut seruentur in mundo: id est, dum sunt in mundo, habeantque gaudium plenum: tertio, ut sanctificantur in veritate, denique, ut vbi ipse futurus sit Christus, illi etiam futuri sint. Quibus capitibus, quis neget ea comprehendendi omnia, quæ pertinent ad efficaciam mortis Christi.

III. Cyrillus, *Dominus noster Iesus Christus* suo à non suis separans, pro eis, inquit, tantummodo qui verba mea seruant, & iugum meum acceperunt, rogo. Nam quorum Mediator atque Pontifex est, ipsi tantummodo mediationis bonum, nō iniuria attribuit: quos etiam datos sibi satetur. Theophylactus, coram eis dicit: *τοῦ κυρίου νέον τὸν θεόν μεταστήσεις φέρεται αὐτῷ σαρκασμός, Non igitur pro quibus liber promiscue, & qui, que mundi sunt sapient, rogo te. Rupert.* Vero ergo mundo gaudient: orante pro suis, id est, moriente, & in aræ crucis sacrificium offereante Christo, unigenito Filio Dei: quia pro eis quos dedisti mihi, inquit, rogo, non pro mundo. Mundus n. hic, accipiuntur dilectorum mundi, tam diuersi ab eis, pro quibus Christus roget crucifixus, quam diuersi erant, apud Deum Ægypti à filiis Israel, sacro sanguine agni postes suis signatisibus.

IV. Windekius respondet: Vocem precatiōis intelligi de eius efficacia, quam Christus ad Patrem fudit, tantum pro salute finaliter in fide & charitate perseuerantium. & sic concedi totum argumentum: ut pro iis noluerit Christus efficaciter mori, pro quibus noluerit efficaciter orare. Vel, orare pro mundo intelligi, quod Christus, quantum eius paternam voluntatem attinet, seu quantum in se fuit, quoad sufficientiam, pro reproborum coetu precari noluerit, & hunc sensum negari. Rogasse n. pro reprobis probat Lucæ 23. *Pater remitte eis: nesciunt n. quid faciant.* Item Luc. 19. Christus malitia Iudeorum illacrymatus est, annon etiam pro iis orasset?

V. Respondeo: Nouam esse & ridiculam distinctionem, sufficientia & efficacia orationis. Sufficienter oravit pro omnibus, quo senti? Non enim puto quod pro omnibus potuerit orare. Argumentum enim est à precipibus replet & actu factis: exempli gratia, his quæ à Ioanne descriptæ sunt cap. 6. An igitur, quod in iis omnes possint contineri, & participes fieri beneficiorum, quæ postulantur à Deo? Atqui diserte remouentur ij, qui munido nomine significetur. Quis autem potest includere, quos tam diserte Deus excludit?

VI. Sed precatus est pro reprobis. Primum, quibus? Omnibus: ne? an aliquibus? Nam si aliquibus tantum, non concluditur quæstio, quæ est de omnibus hominibus. Sin omnibus, hoc vero negatur. Nam quæ proferuntur nō id probant, sed quibusdam, nempe iis qui Christum crucifixabantur ut latissime Hierosolymitanis. At hi non sunt omnes homines, sed exigua tantum pars hominum.

VII. Ritus, nego precatum esse pro reprobis. Nā exauditum frisse Christum nemo Christianus dubitet. At si precatus esset pro omnibus, omnino constaret non fuisse exauditum, quia non omnibus profuit mors eius. Quare illud potius certum, non orare pro omnibus. Nec contrarium probatur.

Temp. III.

Nam de iis precibus, Pater remitte; audi Stellarum, Sed dubium hæc oritur: an hæc Christi oratio fierit à Pater exaudienda. Nam videmus, quod multi ex persecutoribus Christi manserint in infidelitate sua, & finaliter fuerint damnati. Dicendum, quod Christi oratio fuerit exaudienda pro omnibus, pro quibus oravit: non tam oravit pro omnibus crucifixorib. suis, ut fuerint hi, qui propter inuidiam & superbia, & cientes illum Messiam, & Filium Dei negantes, crucifixerunt eum, ut fuerit Caiphas, & Scribe in lege doctissimi, summique sacerdotes, qui ex malitia peccabant. Sed pro illis oravit, quæ ignorancia, zelum Dei habentes, sed non secundum scientiam, nescierunt quid fecerunt. Ideo in oratione addidit, quæ ne cuncti quid faciunt. Erant n. ibi multi simplices & illiterati de turba, qui seducti à sacerdotibus Iudaorum, prosequeruntur Christum zelos legis, & pro istis oravit Christus, & non frustra, quia uno die ex iis connexi sunt tria millia, alio die quinque millia, & ut infra Euangelista nosceret Lucas ait, cum Christus expirauit, multi hoc videntes, reverebantur percutientes pectora sua.

VIII. At fleuit super malitia Iudeorum: ergo multo magis orasset. Negatur consequentia. Nam fletus exprimitur vehementi dolore, at dolor est ex mali apprehensione. Preces autem, cum apprehensione præsentis mali, addunt desiderium oppositi boni. Itaque non possunt quidem preces esse absque dolore quodam, sed dolor potest esse absque precibus, est enim non nunquam cum execratione. Matth. 11. Tunc coepit exprobare urbibus in quibus edita fuerant plurima virtutes ipsius, quod non respuerint: *Va tibi Corazim, va tibi Bethzaidan.*

IX. Secundum argumentum, ex Ioann. 10. *Animam meam ponoprovobus meis.* Matthei 1. *Saluabit populum suum ex peccatis ipsius.* Ad Ephes. 5. Christus dilexit Ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea. Ad Titum 2. *Qui dedit semet ipsum pro nobis, ut redimeret nos ab omni iniquitate, & purificans sibi ipsi populum peculiarem studio sum bonorum operum.* Actor. 20. *Ad pascendam Ecclesiam Dei, quam proprio ille sanguine acquisivit.* Ioann. 11. *Prophetauit fore ut Iesus pro gente moreretur, nec tantum pro ea gente, sed ut etiam filios Dei congregeret in unum.* Ex his argumentatione certa. Pro quib. Christus mortuus est, iij sunt populus eius, Ecclesia Dei, Filius Dei, & oues Christi. At reprobis nō sunt tales. Ergo pro reprobis non est Christus mortuus.

X. Windek primo videtur maiorem sollicitare occasione Grynæi, apud quem cum legeret, pro solis ouibus Christum esse mortuum, falsatorem statim clamauit; negans Christum dixisse solas oues, sed oues simpliciter. Quod quanquam ad nos nihil attineat, tamen facile explicatur. Non enim Grynæus videtur (eius enim librum non legi) locum Christi recitare, sed vim eius indicare, quæ facile concipitur primo ex discriminatione hæc orum & ouium, quam notat Grynæus. Nam cum pro hædis nusquam se Christus mortuum dixerit, sequitur de solis ouibus dixisse. Quod Papista quidem reprehendant non video, qui sibi multo plus licete volunt, quum si quid Petro dictum legunt, statim concludunt, ergo Petro soli. Secundus, ex comparatione pastoris, qui ita dicitur animam ponere pro omnibus suis, ut facile norint omnes excludi alienas. Neq; enim pastores solent aliena pecora curare.

XI. Sed minorem potissimum Windekius impugnat. Negat enim nullos reprobos esse Filios Dei, populum Dei, Ecclesiam Dei, oues Dei. Ese enim aliquos reprobos tales, non quidem secundum prædestinationem, seu veritate finis, ac permanentiam, sed quoad præsentem institutam, seu veritate formæ, qua agnoverunt Dei gratiam, & beneficium eius per Filium collatum, sed quia id ingrat deseruerunt, scilicet ex ouibus mutare. Populuni etiam duobus modis intelligi, vel credentes in Christum, & finaliter in charitate perseuerantes, vel absque discrimine, vniuersum genus humanum: quod totum per gratiam redempti (quantum in se fuit) suæ potestati & imperio subiecit.

XII. Atqui primo prior distinctio est inutilis, non enim conficit omnes homines esse filios Dei, siue populum Dei, sed dūtaxat eos qui agnoscunt beneficium Dei per Filium. At certum est, maximam hominum partem ab eo longe abesse: Turcas, Iudeos, Gétes. Adde infantes, qui ne possunt quidem. Ergo thes manet, non est Christum pro omnibus mortuum.

XIII. Ese autem reprobos filios, ouesque Christi concessim, hoc est, quatenus externa professione hominibus imponunt. Sed hæc ouium ratio procul est ab hoc sermone. Ratio in promptu, quia Christus uno contextu dixit, *Ego sum pastor ille bonus, & agnoscō oues meas, & agnoscō à meis.* Prout nouit me Pater, ita & ego noui Patrem. *Animam meam ponoprovobus suis.* Vbi manifestum quas oues dicat: cas, nempe, quas & ipse nouit. Atqui dicitur nō nosse reprobos. Matth. 8. *Multidicent mihi in die illo, Domine, Domine nonne per nomen tuum prophetavimus, & per nomen tuum da monia eicimus, & per nomen tuum multas virtutes edidimus?* Tunc autem profiteror eis, Nunquam noui vos, discedite à me, qui facitis iniquitatem.

XIV. Nam de populo, quid potuit? *Ἄγε λογάρια τρεπά.* Vel credentes, inquit, vel vniuersum genus humanum. Atqui primo, Populum Christi dictum vniuersum genus humanum non inuenias, dandas illi Gentes in hæreditatem, Psal. 2. & alibi. Nam his verbis significatur non vniuersum genus hominum, sed Ecclesia Catholica. Deinde, fac ita esse, tamen quid ad nostrum argumentum? Nam, si verum, ideo lese Christum morti tradidisse, ut filios Dei cogeret in unum, ut purificaret sibi populum peculiarem; quis dicat populum intelligendum vniuersum genus humanum? *Ἄγε λογάρια τρεπά.* Chrysostomus inquit, & Oecumenius, *οὐαὶ ἡγεμονίᾳ πολλοῖς καὶ εὐαγγελίῳ πολλοῖς λαοῖς.* Quasi diceret eximium, abundantem amatum, nihil habentem commune cum reliquis populis. Enimvero, si omnes omnes dicas homines, quis erit populus eximius, aut peculiaris?

XV. Tertium argumentum ab ijs Scripturæ locis, qui fructus mortis Christi assignant omnibus, sed multis. Esai. 53. *In scientia sua inßicabit ipse inßit us seruos meus multis, & iniquitates eorum ipse portabit.* Daniel. 9. *Et roborabit padum multis.* Marth. 26. *Hoc est sanguis meus noui illius Testamenti, qui pro multis effunditur in remissionem peccatorum.* Ad Hebr. 9. *Christus semel oblatus est, ut multorum peccata tolleret.*

XVI. Respondet Windekius: Phrasii Hebraica, multis, non semper sumi pro certa & definita, ac ab aliis separata turba, sed pro grandi ac promisso hominum cœtu. Porro, Esaiam ostendere neminem excludi, quū dixit: *Postulat Dominus in eo iniquitatem omnium nostrum.* Vniuersum etiam genus humanum designari, testem esse Euthymium in Marth. 26.

XVII. Sed huiusmodi exceptiones nihil habent virium. De mul-

M

torum.

torum significacione iam satis dictum. Pro grandi, ac promiscuo cœrudici si concedimus, quid luci fecerit Windekius? Nam is non potest re ipsa idem esse cum omnibus, & grandem cœtum electorum, quis neget esse? Promiscuum certe omnes fatentur: à quo nullum genus hominum excipiatur. Sed omnium nostrum iniquitates, quo argumento Windekius conficit idem esse cum omnium iniquitatibus? Aut quis nescit has phrases, Omnes nos, Vos omnes, illi omnes, coercere omnium vniuersitatem, ad certa genera ex omnibus?

XVIII. Euthymij gemina est expositio: prior, ut multi sint pro omnibus: altera, ut multi sint comparatione Hebraeorum. Sed ille quidem videtur. Maldonatus ab eo longissime abit, Ex verbis Luca & D. Pauli, Matthæi & Marci verba exponenda sunt; ut idem sit pro multis effunditur, & qui pro verbis effunditur, non ut Euthymius & Theophylactus existimant, ut idem sit pro multis, atque pro omnibus. Et post, Quis nescit has phrases, Omnes nos, Vos omnes, illi omnes, coercere omnium vniuersitatem, ad certa genera ex omnibus?

XIX. Argumentum quartum: Omnes, pro quibus vere mortuus est Christus, iis utilis est mors Christi. At non est omnibus utilis mors Christi. Ergo non est pro omnibus vere mortuus Christus. Maioris facilis est probatio, ex ipso verborum momento. Nam, pro, utilitatem significat redundantem in eum, pro quo aliquid dicitur factum. Deinde ex statu controvæsiae. Tertio ex Scriptura, ad Titum 2. Dedit semetipsum pro nobis, ut redimere nos, Matthæi 26. Pro vobis effunditur in remissionem peccatorum. Ad Romanos 5. Cum adhuc essemus peccatores, Christus pro nobis mortuus est. Iustificati igitur eius sanguine, seruabimur nunc multo magis per eum ab ira. Augustinus Epist. 10. Non perit unus ex illis pro quibus mortuus est.

XX. Minor autem etiam probatur. Nam, si omnibus est utilis mors

Christi, ergo & infantibus, & adultis. At neque omnibus infantibus, neque omnibus adultis. Ergo non omnibus hominibus. Assumptum probatur per partes. Nam Infantes ipsi Papistæ credunt non omnes participes mortis Christi, sed tantum baptizatos. Constat autem initio non posse numerum eorum, qui decedunt absque baptismo. Quare ne cœtum quidem, qui non sunt participes mortis Christi; id est, quibus mors Christi est inutilis. Et per consequens, pro quibus non sit mortuus Christus.

XXI. De adultis facile negotium. Nam adultis nullis utilis est mors Christi, non creditibus in Christum. At multi, sunt non credentes in Christum. Ergo multi, quibus est mors non sit utilis. Patet maior, ex vniuersa doctrina Christiana. Pater minor experientia. Magnus enim numerus est eorum, qui partim nihil audiunt de Christo; ac proinde non possunt in eum credere, partim qui auditum reiiciunt, imo etiam persequuntur.

XII. Quintum argumentum: Si pro omnibus mortuus est Christus, ergo omnes seruantur ab ira. At hoc fallum. Ergo & illud. Assumptum per te pater. Ioannis 3. Qui non credit Filio, non videbit vitam: sed ira Dei manet super eum. Ad Rom. 2. Ius, qui sunt contenti, & qui veritati quidem non obtemperant, sed obtemperant iniustitia, excedentes & ira. Consequentia autem diserte est ab Apostolo: ad Roman. 5. Commendat suam charitatem erga nos Deus, quod, quum adhuc essemus peccatores, Christus pro nobis mortuus sit: Iustificati igitur eius sanguine seruabimur nunc multo magis per eum ab ira. Nam si, cum inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem Filii eius, multo magis reconciliati seruabimur per vitam ipsius.

XIII. Sextum argumentum à testimonio. Anselmus Elucidatorio, Cum scriptum sit, Christus pro impiis mortuus est, & gratia Dei pro omnibus. gustauit mortem, profuit mors impiorum: Christus pro solis electis mortuus, qui tunc erant impi, id est, in infidelitate positi. Pro omnibus autem dicit, scilicet de omnibus genibus, & de omnibus linguis, & non solum illius temporis, sed pro omnibus futuri, & pro his, qui erant in inferni clausis: ut dicitur, Non sum missus nisi ad oues, qua perierant domus Israel. Dominus Israel est regnum Deum videlicet, hoc est, angelorum. Oves, qua perierant domus Israel, sunt electi, quos venit Christus sua morte redimere, ut dicitur, Animam meam ponio pro omnibus meis. Inde habes, Pro eis rogo, non pro mundo. Et iterum, Dilexisti eos ante constitutionem mundi. Pro his dicitur, Hic est sanguis qui pro vobis & pro multis effunditur, non dicit pro omnibus. Nihil enim contulit reprobis ob sua demerita mors Christi, nisi tali modo etiam pro eis mortuus est. Omnes enim iniqui ab initio mundi consenserunt in necem Christi, ut dicitur, Venient hac omnia super generationem istam, scilicet malorum.

FINIS LIBRI NONI.

LIBER DECIMVS, De S A N C T I F I C A T I O N E.

Caput Primum.

DE SANCTIFICATIONE ET IVSTIFICATIONE.



A C T E N V S de cauiss humanæ Restauracionis. Natura sequitur: qua in singulis, qua in omnibus Christianis. In singulis quæcunque sic pertinent ad homini renovationem, ut in unoquoque distincte esse oporteat. In omnibus vero, quæ ad eandem sic pertinent, ut non sint tam scilicet singulorum: sed confertim omnium: qualis est Ecclesia, & quicquid huius naturam describit, qua id ipsum est. Non enim est Ecclesia, nisi coniunctio Sanctorum, qua nisi in multis esse non potest. Breueriter, ut apud Philosophos Ethica singulorum mores informat, quos omnes Politica gubernat: Ita in Theologia, pars est una, qua singulos fideles quasi preparat, vnde altera Ecclesiam componit.

II. Igitur Reparationis erunt primo partes, deinde effecta: tertio, externa instrumenta, qua Sacraenta appellantur. De quibus magna sunt animosissimæque contentiones, indeque intricatissimæ, prolixa sane consideratione, exactaque diligentia dignæ. Partes, Sanctificatione & Iustificatione. Quanquam debueramus Sanctificationi Iustificationem præponere, si nostri arbitrij methodus esset, ut tum re, tum ratione priorem, quod ab ea profluit altera. Sed quia Papistæ non distinguunt, inde que fit, ut de Iustificatione disputantibus occurrant multa subinde, qua ad Sanctificationem pertinent, & non explicata facilius negotium: cogimus de Sanctificatione prius dicere.

III. Iustificationem intelligimus, perfectam cuiusque hominis restaurati iustitiam apud Deum: verum, certum quæ sperandæ salutis fundamentum, quam alioqui tantum optare, imo vix etiam optare quisquam possit, sperare certe nullo modo, cum oporteat peccato prius liberari, quam restorationis beatitudine frui, quos peccatum depresso in ultime maledictio barathrum. Quomodo Pincerna Ægyptij prius oportuit peccatum, aut purgari apud Regem, aut à Rege condonari, quam restituueretur in primitum gradum.

IV. Sanctificationem vero dicimus, iustitiam inherenter cuique iustificato: id est, habitum; ac proinde qualitatem quandam, qua vere, ac reapse insit: ut deposito habitu vito, quem habuit à nativitate, auxit etiam multis ac frequentib. actionib. malis, nouum induat, tum mente illustratus, ut sciat voluntatem Dei, tum voluntate reformatus, ut eadem delectetur, tum virib. confirmatus, ut actu impleat, quam nouit iam, & amat. Itaq., quomodo paries albus dicitur per inherenter sibi albedinem, homo etiam doctus, per insitam multarum rerum cognitionem: ita, fidelis quilibet iustus, sanctusque (hac quidem ratione) per iustitie sanctitatisque qualitatem propriam quam se habeat.

V. Hoc igitur interest inter Iustificationem, & Sanctificationem, quod hæc sit qualitas inherens: illa vero minime, sed tota extra hominem, nimirum in Deo, qui miserum peccatorem, nec vero perse, aut in se alium, quam miserum peccatorem, dignatur admittere, tanquam iustum, mortus propria sua misericordia. Quomodo cum seruo decies mille talenta dimittit Rex ille, Matth. 19. motus propria clementia, haud aliter eum censeri volebat, quæ si tantum nomen alieni æris, ære proprio plene dispunisset; quanquam ne teruncum quidem de suo soluisse.

VI. Quæ quidem de re ipsa dicta volumus. Non enim sumus tam inepti vocabulorum estimatores, ut nesciamus, aut tam importuni Sophistæ, ut nolimus, Iustificationis, Sanctificationisque voces permutari. Imo Sanctos hac præcipue ratione scimus appellari, quod in Christo habent remissionem peccatorum: & legimus in Apocalypsi: Qui iustus est, iustificetur ab hoc, quod nisi de profectu inherenter iustitiae nequeat intelligi, & aliis forte locis non negamus præmisce venire in vsum: apud Patres maxime, quorum fuit ab Apostolis æras remotior, nec melior.

VII. Sed cum rebus adeo disparatis necessaria fuerint distincta nomina: putauimus impune: impune autem: imo cum laude posse à Scriptura, ut rerum naturam Theologicarum, sic vocabulorum vsum mutari. Itaque iustificationem maluimus cum Paulo ad Romanos, & ad Galatas, priorem illam partem appellare: alteram autem Sanctificationem: quia legamus ad Corinth. 7. Ut sancta sit cum corpore, tum spiritu. Imo etiam haud aliter

Paulum